

Incipit secundus liber de pre-  
destinatioe Christi. Aug<sup>o</sup> in li.  
predestinatiois. Cap I

**D**eclaris-  
simū cer-

telumē p̄destinatiois  
7 gr̄e ē mediator dei 7

hōis. **C**hr̄st̄ ipse. **P**at̄r̄ hō ille h̄ meru-  
it vt a hō p̄i coēno i vnitate p̄sonae al-  
sūpt̄ dei fili<sup>o</sup> vnigēit<sup>o</sup> eēt. **Q**uō ei<sup>o</sup> bonū  
qualecūq; p̄cessit vt ad hāc ineffabilem  
excellentiā faciēte ac suscipiēte deo hō  
p̄ueniret. **P**redestinat<sup>o</sup> est itaq; **J**esus  
vt qui futur<sup>o</sup> erat filius **D**avid h̄m car-  
nem. esset in h̄tute dei filius. **E**dem i  
libro de bono p̄seueratiōe. **Q**uis  
quis ergo fidelis vult bñ p̄destinatio-  
nem intelligere. attendat ipsum 7 in illo  
inueniat etiā seipsum. extra quē nullum  
inuenit illustrius p̄destinatiois exēplū.  
**E**st itaq; p̄destinatio gr̄e p̄p̄atio. qua  
scilicet ab ēno **C**hr̄sto hōi cunctisq; q̄s  
fieri p̄formes imaginis filij p̄sciuit bona  
sine meriti p̄p̄auit. **P**etrus lom-  
bardus. **A**pparet itaq; nob in capite  
n̄ro fons ipse gr̄e. a q̄ in cūcta ei<sup>o</sup> mēbra  
diffūdit gr̄a. **S**ic. n. ab iūrio fidei suę hō  
q̄cūq; gr̄a fit christian<sup>o</sup>. sic hō ille ab ini-  
tio gr̄a fact<sup>o</sup> ē **C**hr̄st̄. i. vnci<sup>o</sup>. **P**orro  
si querit. vtrū illa p̄destinatio quā apls  
cōmemorat. de p̄sona sit. an de natura.  
**S**ane dici p̄t. q̄ 7 p̄sona filij q̄ sp̄ fuit  
h̄m hōiez assūptū. est p̄destinata. vt scilz  
ipsa ens hō dei fili<sup>o</sup> esset 7 hūana natura  
p̄destinata ē. vt verbo p̄is p̄sonaliē vni-  
ta fieret. **A**ug<sup>o</sup> de octo questio-  
nib<sup>o</sup> veteris testamēti. **S**ic autē  
in ipso verbo ēno fuerūt oīa q̄ facta sūt  
ipsaq; hōis susceptio sic est ab eo p̄cogi-  
tata. quō si pictor velit pingere totā do-  
mū 7 cogitet vel nouerit locū vbi se q̄s  
pingere debeat. **T**otū enī in arte 7 p̄pa-  
tione ac voluntate habet. licet certis q̄s  
temporib<sup>o</sup> explicet.

De missione filij dei in mūdū  
Greg<sup>o</sup> in omel. xxvj. euangel.  
Capitulum II

**D**eus itaq; p̄ filiū i mū-  
dū misit. qz hūc pro redēptio-  
ne hūani gn̄is incarnari cō-  
stituit. **V**n̄ 7 ipse fili<sup>o</sup> apls suis ait: **S**i  
cut misit me p̄: 7 ego mitto vos. hoc est  
ea charitate vos diligo cū int̄ scandala  
p̄secutorū mitto. q̄ me p̄ diligit. quē ta-  
men ad tolerādas passioēs in mūdū ve-  
nire fecit. **H**ugo de sacramētis.  
li. ij. **P**ater q̄dē ab alio mitti nō habet  
qm̄ ab alio esse nō habet. **P**rimū q̄ fili<sup>o</sup>  
venit vt hōies libarent. postea hō sp̄s  
sanct<sup>o</sup> venit vt hōies b̄tificarent. **A**lle  
abstulit qd̄ sustinebam<sup>o</sup>. iste reddidit qd̄  
pdideram<sup>o</sup>. **F**ulgenti<sup>o</sup> ad **M**o-  
nimū de p̄destinatione. **A**t hō  
nec filij nec sp̄s sancti missioneē debet q̄sq;  
christian<sup>o</sup> localit̄ factā accipe. h̄ noīe mis-  
sionis intelligam<sup>o</sup> opus manifestatiois  
indultē. **A**ug<sup>o</sup> in li. de trinitate  
iij. **N**ec tm̄ ideo dicit̄ missus fili<sup>o</sup>. quia  
verbū caro factū est. sed etiam ideo mis-  
sus vt verbū caro fieret. **M**ittit enī qui  
genuit. mittit qd̄ genitū est. **E**t ne fides  
mortalis vite dissonaret a veritate vite  
eterne. veritas ipsa patri coēna d̄ terra  
tp̄aliter orta est. cuz dei filius excepit in  
se fidem nostrā qua nos p̄duceret ad ve-  
ritatem suā. **E**t quēcūq; p̄pter faciendā  
fidem qua mūdarem ad h̄tate contem-  
plandā in rebus ortis ab ēnitate patris  
7 ad ēnitate relatiōe tp̄aliter gesta sunt. aut  
testimonia missiois hui<sup>o</sup> aut ipsa missio  
filij dei fuerunt. **S**ed quēdam testimonia  
venturū p̄nūciauerūt. q̄dā venisse de-  
testata sūt. **I**llū q̄ppe p̄ quē facta ē oīs  
creatura. factaz creaturā oportebat h̄c  
testē oēz creaturā. **N**isi enī in mulq; mis-  
sis p̄dicaret vn<sup>o</sup>. nō mulq; dimissis tene-  
ret vn<sup>o</sup>. **N**ūc etiā vnicuiq; mittit̄ cum a  
q̄q; q̄ntū cogsci p̄t. p̄ captu vel i deū p̄  
ficiēd̄ vel in deo p̄fecterōnal̄ aīe cogscit̄  
atq; p̄cipit. **S**z cum i carne māifestus



est. in hunc mundum in t[em]p[or]is plenitudine missus est. Cū aut[em] ex t[em]p[or]e cuiusq[ue] p[ro]uect[us] mente p[ro]cipitur. mitti quidē dicit[ur]. s[ed] non in hūc mūdū. q[ui] nō sensibil[is] apparet. i[n] corp[or]is sensib[il]i p[re]sto est. Nam et nos h[ab]em[us] q[uo]d eternū aliquid q[ua]ntū possum[us] mēte capimus. nequaquā in hōc mūdō sum[us]. Et oīz iustoz sp[irit]us adhuc in hac carne uentū. in q[ua]ntum diuina sapiūt. in h[ab]it[us] m[un]d[us] non sunt. Pater x[rist]o cū a quoq[ue] et tēp[or]e cognoscit. nequaquā dicit[ur] missus. q[ui] non habet a quo sit aut ex quo procedat sicut filius vel sp[irit]us sanct[us]. Sicut g[ener]o pater genuit. filius genit[us] est. ita p[ater] misit. filius missus est. Et hi duo vnū sunt. Sp[irit]us sanct[us] q[ui] est vnū cū eis. quia h[ab]et tria vnū sūt. Sicut enī natū esse filio ē a patre esse. ita mitti est a filio cognosci q[uo]d ab illo existat. Et sicut sp[irit]us sancto donum dei est esse a patre. p[ro]cedere. ita mitti ē cognosci q[uo]d ab illo p[ro]cedat.

## De triplici aduentu eiusdem. Bern[ardus] in sermone de aduentu tertio. Capitulum III

**T**riplicem ergo filij dei nouim[us] aduentū. ad hōies. in hōies. contra hōies. Ad hōies q[ui] dē oēs indifferent[er]. non aut[em] ita t[er]m[in]es aut contra oēs. Prim[us] igit[ur] aduentus est carnalis iam p[re]terit[us]. Secūndus iudicial[is] futur[us]. Tertius sp[irit]ualis q[ui]tidian[us]. Hōiū q[ui]libet h[ab]ebulos duos habet. Primus legē et p[ro]phetas. Secūndus Enoch et Heliam. Tertius x[rist]o timorē et amorē. unde et ipse ueniens p[ro]misit duos discipulos in hierusalē. **I**dem in sermone. v. unde. s[ed] illi quide[m] duo manifesti sūt aduentus. tertius aut[em] in illis medi[us] ē occult[us]. in q[ui] delectabil[is] dormiūt q[ui] euz norunt. In p[ar]te q[ui] dē d[omi]n[us] in tris uisus est et cū hōib[us] p[ro]s[er]uat[ur] ē. quē ut ipse testat[ur] et uiderūt et oderūt. In posteriore x[rist]o uidebit omnis caro salutare dei sui. et uidebunt in quem transfixerūt. Medius autem est occultus. in quo soli electi in se ipsis uidebunt eum. et salus fiet animę

eorum. In p[ri]mo ergo uenit in carne et in firmitate. In hoc autem medio in spiritu et uirtute. In ultimo autē in uirtute et maiestate. Per uirtutem enī puenit ad gloriam. quia d[omi]n[us] uirtutum ipse est rex glorię. Alibi q[ui] eodem p[ro]pheta dicitur: **U**t uiderē uirtutē tuam et gloriam tuā. Aduentus siquidem iste medi[us] uia q[ui]dam esse p[ro]batur per quā a p[ri]mo ad ultimo ueniatur. In p[ri]mo **C**hristus fuit redemptio n[ost]ra. In ultimo apparebit uita n[ost]ra. In medio x[rist]o si dormiam[us] in m[er]itos clericos. requies est et consolatio n[ost]ra. Sed ne cui fortassis inuētia uideantur que de hoc medio aduentu dicunt[ur] ipsum audite: **A**d eum inq[ui]t ueniam[us]. q[ui] uidelicet me dilexit ac sermonē meū seruauit. **U**bi ergo seruandus est eius sermo. haud dubiū q[ui]n in corde. sicut p[ro]pheta dicit: **I**n corde meo abscondi eloq[ua] tua ut non peccem tibi. Ergo traiciat in animę tuę uiscera. trāseat in affectiones tuas et in mores. Comede bonū et delectabit[ur] in crassitudine aiā tuā. Ne obliuiscaris comedē panē tuū ne exarescat cor tuū. sed ex adipe et p[ro]p[ri]etate repleatur aiā tuā. **S**i sic h[ab]it[us] dei h[ab]ueris haud dubiū q[ui]n ab eo serueris. ueniet enī ad te cum patre fili[us]. **U**eniet p[ro]pheta magnus q[ui] renouabit hierusalē. et ille noua faciet oīa. **I**dem in tertio. In hoc aduentu si personam intueor ueniētis. excellentiam non capio maiestati. **S**i ad q[ui]s uenerit attendo dignatiōis magnitudinē expauesco. **S**tupent enī et angeli de nouo quem supra se semp[er] adorant. infra se uidentes manifeste iam ad filiū hominis ascendentes ac descendentes. **S**i p[ro]p[ri]et[er] quid uenerit intueor. inestimabilē latitudinem charitatis amplector. **S**i modū cogito: exaltationē humanę conditionis agnosco. **U**enit siquidem uniuersitatis creator et d[omi]n[us]. uenit ad homines. uenit p[ro]pter homines. uenit homo. **S**ed dicit aliquis: **Q**uō uenit qui semp[er] ubiq[ue] fuit. **I**n mundo quidem erat et ideo nō uenit qui aderat. sed apparuit q[ui] latebat



## Libet

**H**umanam enī in q̄ vt agnosceret induit speciem. qui nimirū in diuina lucē inhabitat inaccessibilē. **N**ec in gloriū maiestati fuit apparere in similitudine sua. quā abūitio fecerat. nec magnū deo ī imāgie sua exhiberi et apparere hoībus. a quib⁹ in substantia sua agnosci non poterat. **H**uius igitur aduentus tantę maiestatis. humilitatis. charitatis. tantę quoq; nostrę glorificatiōis ab vniūsa ecclesia semel in āno solennis celebrat memoria. **S**ed vtinam ita vt semp ageret id quippe dignius pbaret. **Q**uāte nimirū infānie est vt post tanti regis aduentus alijs quibuslibet negocijs velint vel audeant hoīes occupari. et non magis omnibus omissis soli eius cultui vacare. nec in ei⁹ p̄sentia cuiusq; ceteroq; recordari. **S**ed non oīuz est quod ait p̄beta: **D**emoniam abundantię suauitatē tuę. **R**emo siquidem eructuat qd nō gustauit. sed nec quod tm̄ gustauit. qz ructus non nisi de plenitudine et facietate p̄cedit. **V**o quozum secularis est mens et vita. mēoriaz hanc. et si celebrant nō eructuāt. sed sine deuotione et affectione dies aduentus dñici quadam arida consuetudine obseruant. **D**eniq; qd̄ damnable est huius memoria dignatiōis datur in occasione carnis. et videas eos tāta sollicitudine gloriā vestiu deliciasq; ciboru his parare diebus. ac si hęc et huiusmodi querat ī natiuitate sua **C**hris⁹ ibiq; dignius suscipiat vbi hęc accurati⁹ exhibentur. **S**ed ipsum audi dicentem: **S**uperbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam. **D**etestor ego superbiam. non amplector. carnis delicias dāno non accepto. **N**az utiq; corpi et pauciora sufficerēt. et que oportuni⁹ inueniri possunt. **C**elebrans ergo aduentum meū non corde. s̄ labijs honoras me. nec tu me colis. sed de⁹ tibi venter est et gloria in confusione.

**D**e primo eius aduentu scilicet in carnem **Cap IIII**

**D**e secundo eius aduentu qui spūalis est et occult⁹ ipsum audi dicentem: **S**i quis diligit me sermonē meū seruabit. et ad eum veniem⁹ et mansionē apud eū faciemus. **B**eatus est dñe **I**esu apud quem facies mansionē. **B**eat⁹ in quo sapia sibi domū edificat excidens columnas septem. **B**ea ta nimirū aīa iusti que sedes est sapientię. merito plane. quia iusticia et iudiciū preparatio sedis tuę. **E**cce si quis in aīa sua **C**hris⁹ dño sedem parare desiderat. que naz illi serica. que tapecia. qd̄ puluinar p̄pari oporteat? **I**usticia inqt et iudiciū preparatio sedis tuę. **I**usticia h̄t⁹ ē vniciq; tribuēs qd̄ suū est. **R**ed de ergo qd̄ debes supiori. redde inferiori. redde equali. **D**igneq; aduentū **C**hris⁹ celebras. dū ei sedem suam in iusticia p̄paras. **R**edde p̄lato reuerētiam et obedientiā. quaruz altera est cordis. altera corporis. **N**on enī sufficit exteri⁹ obtemperare maiorib; nr̄is. nisi ex intimo cordis affectu sublimē qz sentiam⁹ de ipsis. **Q**z si manifeste p̄latus sit malus. ordinationi tamen dñę et ipsius officij dignitati. non personę meritis deferam⁹. **S**ic et fratrib; nr̄is iure fraternitatē et hūanę societatis consiliū debitores et auxiliij sum⁹. **H**oc enī nob; ab ipsis impēdi volum⁹ consiliū quo erudiatur ignorātia nr̄a. et auxiliū q̄ inuet infirmitas nr̄a. **P**oro si cui forte p̄latus es sollicitudinis amplioris debitor es. **E**rigit enī a te custodia et disciplinā. **C**ustodiam vt possit cauere peccatum. **D**isciplinā vt quod minus cauit non maneat impunitū. **Q**z si nemini p̄ges. habes tamē s̄ te cui duo hęc exhibere debes. videlicet corpus tuū qd̄ spūs vnus accepit regendus. **D**ebes ei custodiam vt non regnet in eo peccatum. **D**isciplinā vt castigatū ac seruituti subditum. faciat dignū penitētię fructum. longe tamen grauiori ac periculosiori debito tenentur astricti qui. p̄ multis aīabus rationē sūt reddituri. **Q**uid ergo infelix agam? quo me vertam si tm̄



thesaurū. si p̄ciosum istud depositū qđ si  
 bi Christus sanguine p̄prio p̄ciosius in-  
 dicauit. negligenti? custodire cōtigerit?  
 Sed ⁊ habeo thesaurū istū in vasis ficti-  
 libus. quib? multo plura q̄ vitreis imi-  
 nere pericula videant. In eo tamē excu-  
 sabilis appareo. si debitā custodiā ⁊ dis-  
 ciplinā exhibeo. ⁊ si p̄ora q̄ttuor nō  
 d̄fuerit. reuerētia. s. ⁊ obediētia erga ma-  
 iores. consiliū ⁊ auxiliū ⁊ erga fratres. qđ  
 ad iusticiam p̄tinet. non impatā sibi sa-  
 pientia sedē inueniet. Fortassis h̄ videā-  
 tur sex colūne quas excidit ī dōmo quā  
 sibi edificauit. Quidam p̄hibet in iudi-  
 cio septimā intelligere. Non enī iusticia  
 sola. sed iusticia inq̄ ⁊ iudiciū p̄p̄atio  
 sedis tuę. Deniq; si p̄latis ⁊ equalib; ⁊  
 inferiorib; reddim? quod oportet. nihil  
 ne deus accipiet? At ei plane qđ debet  
 retribuere nemo valet. ipse q̄ plen? ⁊ suf-  
 ficiens sibi bonor; n̄or; nō indiget. Au-  
 diui tamen dicentē illū cui incerta ⁊ oc-  
 culta sapiētię suę reuelauit. qz regis bonor;  
 iudiciū diligit. Diligit enī aiām quę in  
 eius conspectu iugiter ac veracit̄ diiudi-  
 cat semetipsa. Idq; iudiciū nō nisi. p̄p̄-  
 nos a nobis exigit. quia si nosmetipsos  
 indicarem? nō utiq; iudicarem?. Pro-  
 p̄terea sapiēs veret̄ oīa opa sua. scrutat̄  
 discutit ⁊ diiudicat vniūsa. Honorat si  
 qđē veritatem qui se suaq; oīa in eo sta-  
 tu quo veritas habet ⁊ agnoscit. veraci-  
 ter ⁊ confitet̄ humilit̄. Audi deniq; ma-  
 nifestius a te iudiciū exigi post iusticiam.  
 Cū feceritis inq̄t oīa quę p̄cepta sūt vo-  
 bis: dicite qz serui inutiles sumus. Hoc  
 plane in h̄mīe digna est p̄p̄atio sedis  
 d̄no maiestati. vt ⁊ iusticię mādāta ser-  
 uare conetur ⁊ semp̄ indignū se ⁊ inuti-  
 lem arbitretur.

**D**e aduentu eiusdem ad men-  
 tem. Idem in sermone de eo-  
 dem p̄mo Cap V

**S**icut igi? ad opandū sa-  
 lutem ī medio tr̄e filius dei se-

mel venit in carne visibilis. ita q̄tidie q̄s  
 ad saluādas aiās singulor; in spū venit  
 inuisibilis. Vnde scriptū est: Spūs an-  
 te faciem n̄ram Christi d̄ns. Et vt oc-  
 cultum hūc aduentū spūalem esse noue-  
 rimus. in vmbra inq̄t eius inter gētes vi-  
 uemus: propterea dignum est vt si non  
 valet infirmus p̄cedere longi? in occur-  
 sum medici tanti. saltē conet̄ erigere ca-  
 put ⁊ aliq̄ten? assurgere venienti. Non  
 te oportet h̄o transfretare. non transalpi-  
 nare. non nubes penetrare. Non inq̄s ti-  
 bi via grandis ostendit. vsq; ad temet-  
 ipsum occurre deo tuo. quia p̄pe est ver-  
 bum in ore tuo ⁊ in corde tuo. vsq; ad  
 cordis cōpunctionē. ⁊ oris confessionez  
 occurre. vt saltem exeat de sterq̄linio mi-  
 serę conscie. qm̄ indignū est illic auctore  
 puritatis venire vel intrare. **Idem.**  
 Habet quidem aduentus iste Christi ad  
 aiām duos p̄ambulos. timorē scz ⁊ amo-  
 rem. sicut p̄misit duos discipulos veni-  
 ens in hierusalem. Duo nanq; vincula  
 malis oībus duriora quib; aiā ligatur  
 vt asina. sunt cordis obduracionē. ⁊ mens  
 cecitas vel obscuratio. Mittat ergo Je-  
 sus duos discipulos ad soluendū. scz ti-  
 morem contra obduracionē. ⁊ amorem  
 contra obscurationē. Duo h̄o eius cal-  
 caria quibus vrgetur asella. sunt cōmi-  
 natio ⁊ p̄missio. **Aug? in libro cō-**  
**fessionū. v.** At h̄o frustra fugiūt a te  
 d̄ne inquieti ⁊ iniqui. qz nō deseris ali-  
 quid eor; quę fecisti. Vibus p̄sens es.  
 oīa conspicias. vmbra; q; distinguis. Sz  
 illi fugiunt vt te vidente se non videāt  
 ⁊ excecati in te offendant. Dū enī leni-  
 tati tuę se subtrahūt ⁊ rectitudinē tuam  
 offendūt ⁊ in asperitatē tuā cadūt. vide-  
 licet nesciūt qz sis vbiq; quē nullus circū  
 scribit locus. ⁊ solus es p̄ns etiam his q̄  
 longe sunt a te. Conūtant igitur ⁊ que-  
 rant te. quia nō sicut ipsi defuerūt crea-  
 torem suū ⁊ tu deserj creaturā tuā. Ipsi  
 conūtāt ⁊ req̄rant te. ⁊ ecce ibi es ī corde  
 eorum confitentū tibi ⁊ p̄cientū se ī te  
 ac plorantiū in sinu tuo post vias tuas



difficiles. Tu vero faciles eorum lachrymas tergis magisque flent. et in fletibus gaudent. quia tu domine qui fecisti reficis eos et consolaris. Ego autem quando te querebas et tu eras ante me. a meipso quod discesseram nec me inueniebam. quanto minus te. **Du**go in libro de arra anime. Nunc autem quid est illud dulce quod in eius recordatione aliquando me solet tangere tamque vehementer atque suaviter afficere. ut a me metipso totum quodammodo iam alienari. et nescio quo incipiam abstrahi. Exhilaratur conscientia. in oblivione venit omnis preteritorum malorum memoria. cor illuminatur. desideria iocundant. Jamque alibi nescio ubi me esse video. et quasi quibusdam amoris amplexibus hoc intus teneo. quod semper retinere nunquam perdere toto annis laboro. Luctatur quodammodo debilitate animus ne recedat quod semper amplecti desiderat. et tanquam in illo desiderio omnium finem inuenit. summe et ineffabiliter exultat. nihil amplius querens sic semper esse volens. Vere o anima mea ipse est qui te visitat dilectus tuus. sed venit invisibilis et occultus ut tangat te. non ut videatur a te. Venit non ut totum infundat se. sed ut gustandus prebeat se. non ut impleat desiderium. sed ut trabat affectum. primitias quasdam porrigit sue dilectionis non plenitudinem exhibet perfecte satietatis. Et hoc est quod ad arram responsationis tue pertinet. maxime quod ille qui se in futuro tibi videntium ac perpetuo possidendum dabit. nunc aliquando se gustandum prebet tibi. ut agnoscas quod dulcis sit. simul ut etiam interim de ipsius absentia consolere. quando eius visitatione ne deficias incessanter reficere

**De profectu nostro ex adventu eius. Bernardus in sermone de adventu. vii. Cap VI**

**Q**ui bonorum nostrorum non eget. ad nos utique propter nos venit et indigentiam nostram

quantitatem ipsa magnitudo dignationis eius ostendit. Nec modo periculum egritudinis innotescit ex ipso precio medicaminis. sed et numerus valitudinum remediorum. Ut quid enim sunt divisiones gratiarum. si non videtur diversitas vlla necessitatum. Difficile quidem est quas expetimus indigentias vno sermone prosequi universas. Sed interim occurrunt mihi res omnibus communes. et quodammodo principales. Remo enim in nobis reperitur quod non interim consilij et auxilij et presidij indiguus videatur. Mirum generalis est miseria triplex humani generis. et quotquot degimus in regione umbrarum mortis in infirmitate corporis. in loco temptationis. si diligenter advertimus. triplici hoc incommodo miserabiliter laboramus. Nam et faciles sumus ad seducendum. et debiles ad operandum. et fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum et malum decipimur. si temptamur facere bonum deficiamus. si conamur resistere malo. deijcitur et superamur. Necessarium proinde salvatoris adventum. necessaria christi presentia sic preoccupatis omnibus. atque utinam sic veniat ut est in nobis per fidem habitans. cecitatem nostram illuminet et nobiscum manens infirmitatem nostram adiuvet. et pro nobis stans fragilitatem nostram protegat et propugnet. Si enim ille in nobis est. quis iam decipiet nos. Si ille nobiscum. quid de cetero non possumus in eo qui confortat nos. Si ille pro nobis. quis contra nos. Fidelis consiliarius est. quod nec falli nec fallere queat. Fortis auxiliarius est qui non lacescat. Patronus efficax qui et ipsum sathanam sub pedibus nostris conterat velociter. et omnia eius machinamenta confringat. Mirumque ipse est dei sapientia cui semper in promptu sit ignorantes instruere. Ipse dei virtus cui facile sit et deficientes reficere et periclitantes eripere. Ad hunc tantum eruditorem in omni deliberatione curramus. Hunc tam strenuum adiutorem in omni operatione invocemus. Hunc tam fideli



## Secundus

ppugnatori in omni colluctatiōe aīas nostras cōmittam⁹. qui nimirū ad hoc venit in mundū vt habitans in hōibus cum hōibus pro hōibus. ⁊ tenebras nostras illuminaret ⁊ labores leuaret. ⁊ pericula ppulsaret. Hoc teniq; facit aduentus eius spūalis. vt sicut portamus imaginem terre. portemus imaginem celi. Sicut ergo vetus Adam totum hōinem occupauit per totū effusus. ita nūc totum obtineat Christus. qui totū creauit. totum redemit. totum glorificauit. Erat in nobis aliqui vetus hōmo in manu p facinus ⁊ flagitiū. in ore per arrogātiā ⁊ detractionē. in corde quoq; per desideria carnis ⁊ glorię temporalis. Nūc autem si qua est in Christo creatura noua. transferunt vetera. ⁊ est in manu innocentia ⁊ continentia. in ore verbū confessionis ⁊ predicatiōis. in corde hō charitas ⁊ humilitas. Et vide si non in his tribus Christum singuli recipiāt electorum. quibus inuenitur dictum: Done me vt signaculū super brachium tuū zc. Et alibi: Prope est verbum tuū in ore tuo ⁊ in corde tuo.

**D**e ultimo eius aduentu ad reparationē corporum. Idez in sermone. vi. Cap VII

**H**De autem visitationis nostre tempus animab; est assignatum non corporib;. q; longe dignior anima corpore priorē sibi sollicitudinē naturali sibi vindicat dignitate. Sed ⁊ prior opus habet reparatione. q; niam constat priorē corruisse. Anima siquidem corrupta in culpam fecit vt corpus q; corrumperet in pgnam. Deniq; si membra Christi volumus inueniri. sequendū est nobis caput nostrū. vt prima nobis repandarū sollicitudo sit animarū pro quib; ipse iam venit. Corporis hō curam illi tempori diei reseruemus quo reformandi gratia corporis est venturus. In priorē siquidem aduentu

preco clamabat ipsius: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. Non dicit mortuos vel molestias carnis. sed peccatum quod est morbus ⁊ corruptio mentis. Ecce habes ad quid venerit Christus. ⁊ cui debeat intendere christian⁹. Preterea noli o corpus p̄cipe tempa. qm̄ animę quidem impedire salutē potes. tuam ipsius operari non potes. Via tempus habent. patere nūc vt pro se laboret anima. magis autem ei collabora. quia si compateris conregnab;. Etū autē impedis eius reparationē. tm̄ impedis ⁊ tuā. quoniā ante reparari non poteris qm̄ in ea deus suam imaginē videat reformatam. Nobile hospite caro habes. nobile valde. totaq; salus tua pendet ex ei⁹ salute. Da honorem hospiti tanto. Tu q; dem habitas in regione tua. anima hō apud te est exul ⁊ peregrina. Quis autē rusticus si forte nobilis ⁊ p̄potēs. quispiam apud eum hospitari voluerit. non libenter hospiti suo cedēs in angulo domus suę vel sub gradib; aut etiā in ipsis cineribus accubabit. Et tu ergo fac similiter. Iniurias tuas vel molestias ne reputaueris. tm̄ vt hospes tuus honorifice possit apud te demorari. qm̄ ⁊ honor est tibi si pro ipso te interim in honori exhibueris. Ac ne forte despicias hunc eo q; peregrinus ⁊ advena tibi videtur. Attende quid tibi eius p̄sentia largiatur. si quid vitę. si quid sensus aut motus. si quid decoris est tē. hospitis huius beneficium esse recognosce. Nam ⁊ eius discessus probat quid p̄ntia conferebat. vt quid ergo pro tpali qualibet delectatione contristas ⁊ ledis hospite tuū quā nec sentire quidem poteris nisi p̄ ipsū. Ad hec si tm̄ tibi p̄fert exul ⁊ a facie domini sui eiectus. q̄ntum tibi p̄stabit reconciliat⁹. Noli ergo impedire reconciliationem illam quę grandem tibi parabit gloriā. Patienter imo libenter ad oīa te erpone. nihilq; dissimules q; huic videatur reconciliationi prodesse posse. Dic hospiti tuo: Recordabit dñs tuus



tui. et renocabit te in gradum pristinum. tunc et tu memeto mei. **D**ino siquidem in bonum memor erit tui. si bene seruieris ei. **C**umque peruenit ad dominum suggerit ei de te et loquitur bonum pro bono hospite dicens: **C**um in ultionem culpe sue exultaret seruus tuus pauper quidam apud quem hospitatus sum. fecit mecum misericordiam. et utinam ei retribuatur pro me dominus meus. **P**rimo siquidem omnia sua. dehinc etiam semetipsum exposuit utilitatibus meis. non parcens sibi. propter me in ieiuniis multis. in laboribus frequenter. in vigiliis supra modum. in fame et siti. in frigore et nuditate. **Q**uid igitur? utique voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet. **Q**uia hoc erit illa gloria o misera caro. quam ineffabilis exultatio quam creator vniuersitatis qui pro iustificationis aibus antea venerat humiliter occultus. pro te glorificanda sublimis veniet et manifestus non in infirmitate sed in gloria et maiestate sua. **Q**uis cogitabit diem aduentus illius quam descendet cum plenitudine luminis precurrentibus angelis et tubarum concentu. de sepulcro corpus inops excitantibus et illud obviam Christo in aera rapientibus? **Q**uoniam caro igitur misera caeca insana caducas querit consolationes. imo desolationes? **S**i forte contingat te repelli et indignam hac gloria iudicari. magis autem eternaliter ineffabili poena cruciari? **N**on sic obsecro fratres mei. sed delectetur anima nostra meditationibus huiusmodi. quam etiam caro nostra requiescet in spe saluatorem expectans qui reformabit eam configurataque corpori claritatis sue. **S**ic enim ait propheta: **S**ituiuit in te anima mea. quam multipliciter tibi caro mea. **D**esiderabat siquidem anima. prophetalis aduentum priorem quo se nouerat redimendam. **S**ed caro multum desiderabat aduentum posteriorem et glorificationem suam. **N**unc enim implebunt desideria nostra. et plena erit maiestate domini omnis terra.

**Q**ualiter preueniendum est ei iudicium. **I**dem super **L**an. omet. **lviij** **C**apitulum **VIII**

**U**ero qui desideras aduentum saluatoris. time scrutinium iudicis. time oculos capree. quoniam acutum habet visum. nihilque relinquet in scrutatum. **S**imilis inquit est dilectus meus capree binnuloque cernorum. **Q**uid autem in babylone tutum si in hierusalē manet scrutinium? **I**llorum que de babylone sunt peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium et non egent scrutinio sed iudicio et supplicio. **M**ea hoc que monachus videor et hierosolymita peccata certe sunt occulta. nomine et habitu monachi adumbrata. ideoque necessarium erit ea subtili discussione investigari. et quasi lucernis admotis de tenebris in lucem prodi. **C**um inquit tempus accipero ego iusticias iudicabo. **V**erendum est ne in tam subtili examine multe peccata appareant nostre ut putamus iusticie. **U**num tamen est quasi nosmetipsos iudicemus non utique iudicabimur. **S**piritualis enim homo iudicat omnia. et ipse a nemine iudicatur. **I**udicabo proinde mala mea. iudicabo et bona. **M**ala quidem melioribus actibus corrigere ac punire curabo. **I**n bonis autem humiliter de me sentiam et me seruum inutilem reputabo. **Q**uis mihi det ad liquidum ita prosequi et persequi omnia delicta mea ut in nullo vereri oporteat oculos capree. in nullo contingat ad lumen lucernam erubescere. **I**dem in sermone de aduentu. **iiij**. **T**empus est ergo fratres mei ut incipiat iudicium a domo dei. **Q**uis autem finis eorum qui non obediunt euangelio. et quod iudicium his qui non resurgunt in hoc iudicio? **E**cce quicumque dissimulant iudicari eo iudicio quo nunc est. in quo foris eicitur princeps huius mundi. venturum iudicem timeant. a quo cum ipso principe suo foras eicientur et ipsi. **N**os autem si perfecte



nunc iudicamur. securi saluatorem dominam expectamus. In cuius aduentu fulgebunt iusti. ita vt videre possint docti pariter et indocti. Fulgebunt enim sicut sol in regno patris eorum. Eruntque lumina solis septemplex. id est. sicut lux septem dierum. Adueniens enim saluator reformat corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Si tamen prius cor fuerit reformatum et humiliatum corpori eius refiguratum. Propter quod et dicebat: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Considera sane quod humilitas duplex est: Altera cognitionis. altera affectionis que hic dicitur cordis. Priore cognoscimus quoniam nihil sumus et hanc a nobis ipsis et ab infirmitate propria discimus. Postiore vero gloriam mundi calcamus. et hanc ab illo qui seipsum exinanivit formam serui accipiens discimus. qui etiam questus in regem fugit. ad tanta vero probra et ignominiosum crucis supplicium questus sponte se obtulit.

**Qualiter dormiendum est inter medios clericos. et utrumque aduentum. Idem in eodem.**  
**Capitulum IX**

**D**ignus est charissimi vt tota deuotione celebretis aduentum domini delectati tanta consolatione. stupefacti tanta dignatione. inflammati tanta dilectione. Nec solum eum cogitetis quo venit querere saluumque facere quod perierat. sed et illum quo veniet vt ad seipsum nos assumat. Utinam circa hos duos aduentus iungi meditatione versemini ruminantes in cordibus quantum in priore prestitent. quantum in secundo promiserit. Utinam dormiatis inter medios clericos. Hec sunt. n. duo brachia sponsi inter que dormiens sponsa aiebat: Leua eius super capite meo etc. In dextera quippe longiturnitas vite.

In sinistra eius diuitie et gloria. Vere diuitie non sunt opes sed virtutes. qual etiam secum portat vt in perpetuum diues fiat. Gloria vero nostra hec est testimonium conscientie nostre. Sic ergo si dormire volumus inter medios clericos. id est. duos aduentus penne de argentate. ut illam scilicet virtutis formam teneamus quam ex verbo et exemplo commendauit Christus presens in carne. In argento siquidem intelligit eius humanitas. sic in auro eius diuinitas. Omnis itaque virtus nostra tam longe est a virtute vera quam longe est ab ea forma. et omnis pena nostra ad nihil valet si non fuerit de argentata. Magna est quaedam pena paupertatis quam cito in regnum celorum volatur. Nam alijs virtutibus que sequuntur aliquid in futuro promittit. paupertati non tam promittitur quam datur. Sed videmus aliquos pauperes qui si veram haberent paupertatem non adeo pusillanimes inuenirentur ac tristes utpote celi reges. hi sunt qui pauperes esse volunt. eo tamen pacto vt nihil eis desit. et sic diligunt paupertatem vt nullam patiantur egestatem. Sunt et alij mites quam diu nihil agitur vel dicitur nisi pro eorum arbitrio. sed quam longe sint a vera mansuetudine apparebit si leuis oriatur occasio. Hec mansuetudo quomodo terram hereditabit quam ante hereditatem desit. Alios que lugentes video sed si de corde prederet ille lachryme non tam facile ilico solueret in risum. Nunc autem cum abundantius ociosa et scurrilia verba quam prius lachryme profluant. lachrymas huiusmodi de his esse non arbitror. quibus consolatio diuina promittit. quanto quidem post illas tam facile consolatio vilis admittitur. Alij tam vehementer contra ceterorum delicta celantur vt esurire ac sitire iusticiam viderentur. si de suis quoque peccatis idem iudicium esset apud eos. sed nunc pondus et pondus vtique abominatio est apud deum. Contra ceteros enim tam impudenter



Humaniter estuant. seiplos tam insipienter quā inutiliter palpant. **O**mnis autē qui aliter quē sua sunt et aliter quē proximi pēsat pōdus et pōdus gestat. **U**trūque ergo apud deum abominabile est. quia si proximū ut se diligeret hunc in bonis sicut se amaret: et si se sicut proximū aspiceret in malis se sicut illū indicaret. **S**unt et alij misericordes de his quē ad ipsos non pertinent. qui etiā scandalizantur quod non abundanter datur omnibus. sic tamen ut ipsi nec in modico granantur. **Q**ui si vere misericordes essent de suo facere misericordiam deberent. **N**am si de terrena substantia non possent. de bona voluntate tribuerent his quidem qui contra eos peccare videntur indulgentiam: dulce signum. verbum bonum quod est super optimū darent. ut eorum mentes ad penitentiam prouocarent. **D**enique et his omnibus quos esse in peccato cognosceret compassionē et orationem impenderent. **S**unt iterum qui peccata scilicet sic confitentur ut ex desiderio mundandi cordis id agere videantur. **O**mnia enim in confessione lauantur. nisi quod ea quę ipsi sponte alijs dicunt ab alijs patienter audire nō possunt. **Q**ui si vere mundari desiderarent ut videntur. nequaquā irritarentur. sed illis gratiam agerent qui suas eis maculas demōstrarent. **S**unt et alij qui si leuiter scandalizatum aliquem viderint. valde solliciti sunt quomodo euz in pacem reducere possint ut videantur pacifici. nisi quod ipsorum cōmotio tardius vniuersis pōt difficiliusque sedari. **Q**ui si vere pacem diligerent. utique sibiipsis eaz quęrent. **D**e argentemus ergo pennas nostras in **C**hristi conuersione. sicut et martyres sancti lauerunt stolas suas in eius passione. **I**mitemur eum qui sic paupertatē dilexit ut quous in manu eius essent omnes fines terre. tamen ubi caput rediret in terra non habuerit. qui mansuetus ut ovis ad occisionem ductus fuit et

filuit. qui super **L**azarum et super civitatem fleuit et in orationibus pernoctauit. **R**isisse deo nunquā legitur aut iocasse. **Q**ui sic iusticiam esuriuit et sitiuit ut cū propria non haberet. tantam pro peccatis nostris a seipso satisfactionem exegerit ut in cruce mori nō dubitauerit. **S**ic misericors fuit ut pro crucifixoribus suis orauerit. **S**ic mundus ut peccatum nō fecerit. **S**ic pacificus ut imposta sibi ab alijs opprobria patienter audierit. **S**ic denique patiens. ut pro reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinere.

**D**e circumstantiis aduentus primi. **E**t primo quis venit. **I**dem in sermone de eodem. **C**apitulum X

**Q**uam autē de primo aduentu dñi agitur intuemini cū apostolo stupente et admirante quāntus sit iste qui ingreditur. **I**pse est enim scdm **G**abrielis testimoniū altissimi filius. **I**pseque perinde coelestissimus. **N**eq̄ enim fas est dei filium degenerē suspicari. sed equalis fateri necesse est altitudinis et eiusdem penitus dignitatis. **V**eruntamen quid sibi vult quod e tribus personis quas in sūma trinitate credim⁹ confitemur et adoramus. non pater. nō spūs sanctus. sed filius aduenit. **L**eo in sermone de passiōe domini. **S**cimus enim eiusdem trinitatis vnam esse deitatem et consubstantialem essentiam. in nullo a se diuisam aut diuersaz. **I**n hac tamen ineffabili trinitatis vnitatem cuius in omnibus cōmunia sūt opera et iudicia. reparationē humani generis. pprie filij suscepit persona. ut quia p̄ ipsum omnia facta sunt. ipse nostrā naturam ab eternitatis tempore deiectam amisse restitueret dignitati. et cuius erat conditor. esset etiā reformator. **S**ic cōfilium suū dirigens in effectū ut ad dñātionem diaboli destruendā magis vteret



in iusticia rationis q̄ potestate virtutis.

**O**rigenes super Beñ. omel. prima. Imago liquidem dei est saluator noster dei filius qui est creature p̄mo genitus ad cuius similitudinē homo factus est. sicut scriptus est: **F**aciamus hominem ad imaginem et similitudinē nostram. Propterea videmus hominem imagine sua deposita induisse maligni imaginem. ipse misericordia motus imagine hominis assumpta ad eum venit. sicut et apostolus ait: **C**um in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. sed seipsum exinaniuit formam servi accipiens in similitudinē hominum factus est et habitu inuenit ut homo. **B**ern. ubi supra. Lucifer siquidem ille qui mane oriebatur pro eo q̄ similitudines usurpauit altissimi. rapinam arbitratus esse se equalem deo quod est utriusq; filij. precipitatus ilico corruit. quia pater pro filio cedans in illum vindictam exercuit. qui etiam mendax fuit cum se fore similem altissimo iactauit. et mendacij pater cum in homine venentus suę falsitatis seminariū fudit dicens: **E**ritis sicut dii. **T**unc et principes nostri scilicet **A**dā et **E**ua. ppaginis nostre principia inobedientes. et furus socij maligni consilij surripere temptauerunt quod ē filij dei. **N**ec tunc pater iniuriā filij dissimulauit. sed mox se in ipsum hominem vindicauit. super nos quoq; qui omnes in eo peccauim⁹ manū suā aggranauit. **A**t hō filius ecce inqt occasione mei pater creaturas suas nobiles rationis participes. beatitudinis capaces amisit. pp̄ me namq; perdidit angelos multos. homines vniuersos. eo q̄ altitudines meam angelus affectauit. scientiā quoq; que mea est homo surripere voluit. ut ergo sciant q̄ et ego diligo patrem. recipiat p̄ me quos pp̄ter me videtur amisisse. oēs mihi inuident. et ecce venio. talēq; exhibeo meipsum. ut quisquis inuidere vo-

luerit. q̄sq; imitari gestierit fiat ei emulatio ista in bonū. **I**dem in sermone de annūciatiōe. iij. Itaq; non sine altissimo trinitatis consilio factum est q̄ solus filius ex tribus p̄sonis incarnatus est. **V**idet q̄ nec patris nec sp̄s incarnationē in pluralitate filiorū effugisse confusionem. dum alius dei. alius hōis filius diceretur. **V**idet et id maxie congruū vt qui filius erat. idem specialiter filius fieret. ne quid ambiguitatis in nomine fieret vel esset. **D**eniq; ipsa est virginis nostre gloria singularis et excellens prerogatiua **M**arie. q̄ filiū vnum eundemq; cum patre meruit cōmunem habere. quā sane perisse constaret si non filius incarnatus esset. **S**ed nec sperande nobis hereditatis alia dari posset occasio similis. **F**actus siquidem p̄mogenitus in multis fratrib; qui erat vnigenitus indubitanter ascendet eos in hereditate; quos vocauit in adoptionem.

**U**nde venit. **B**ernardus in sermone de aduentu primo.

Capitulum XI

**C**onsiderantib⁹ ergo q̄s veniat magna et ineffabilis maiestas intonuit. **S**uspicientib; autem vnde veniat. grandis plane via patuit. sed eius testimoniū qui spiritu p̄uentus. p̄betico: **E**cce inquit nomē dñi veniet de longinquo. **I**dem in sermone de natiuitate dñi. j. **R**at⁹ est. n. **C**hris⁹. nō tm̄ ante tpa nra. s̄ añ tpa vniūsa. s̄ posuit tenebras latibuluz suuz illa natiuitas. imo hō lucem magi inaccessibile habitat. latet in corde p̄is in monte vmbroso et condenso maiestatis. vt hō innotesceret aliquñtulū natus est in tempe. natus ex carne natus in carne verbum caro factum. **I**dem in sermone de natitate beate **M**arie. **S**ignanter p̄inde de ipso loquitur



ppheta dicens: Spiritus ante faciē no-  
 stram Christus dñs. in umbra eius inf-  
 gentes viuemus. Nam inter celestes q̄-  
 dem beatitudines non in umbra uiuitur  
 sed potius in splendore. In splendoribz  
 inquit sanctorū ex utero ante luciferum  
 genui te. Verum id quidem pater. At  
 hō mater eundem Christum plane splē-  
 dorem genuit sed in umbra. non nisi ta-  
 men ea qua ei altissimus obumbravit.  
 Verito proinde canit ecclesia: Nō illa  
 quidem sanctorum que in splendore ui-  
 uit in excelsis. sed que interim peregrinat  
 in terris. Sub umbra eius quem deside-  
 rabam sedi. et fructus eius dulcis guttu-  
 ri meo. Lucem quippe meridianā indica-  
 ri sibi petierat ubi sponsus pascit. sed re-  
 pressa est et pro plenitudine luminis um-  
 bram pro facietate gustum interim rece-  
 pit. Deniqz non ait sub umbra ei? quez  
 desideraueram. sed quem desiderabam.  
 Neqz enī ipsius expetierat umbram sed  
 ipsum profecto verum meridiem plenū  
 de lumine pleno lumen. **Glo. sup**  
**p̄s.** Ipse ergo dei filius eternalit̄ a pa-  
 tre natus. quoniā a sūmo celo. id est. ab  
 equalitate patris est egressio eius. venit  
 in mundum homo factus. Posuit quip-  
 pe tabernaculum suū in sole. id est. in tē-  
 pore vel in mundo. et ipse de virginali. p-  
 cessit utero. ubi copulatus est humane  
 nature. tam q̄z sponsus de thalamo suo.  
**Glo. super Micheam.** Ecce  
 inquit ppheta: Dñs egrediet̄ de loco san-  
 cto suo. et descendet et calcabit super ex-  
 celsa terre. Egressus quippe de celis per  
 humanitatē assumptam. reliquit domū  
 iudeorum desertam. et venit super ecclesi-  
 am gentilis populi qui ex hūanitate vo-  
 cantur excelsi. **Isidorus de my-**  
**sterio geneleos.** Vinc et in geneli  
 fluius procedens de paradiso Christi  
 portat imaginem fluentis de fonte pat-  
 no. Quattuor autem paradisi flumina  
 sunt quattuor euangelia cunctis genti-

bus ad p̄dicationē missa. **Breg. sup**  
**per Ezechieles. omel. x.** De hoc  
 quoqz loco vnde dei filius ad nos venit  
 et Ezechiel. ppheta dicit: Assumpsit me  
 spiritus et audiui post me vocem cōmo-  
 tionis magnę: Benedicta gloria dñi de  
 loco suo. Locus enī dei est hierusalē. id  
 est. visio pacis. quia illic inhabitat deus  
 ubi vera pax queritur. ubi eternę gloria  
 contēplatiōis amatur. Est itaqz glorię  
 dei locus in celestibus permanens vnus  
 quisqz spiritus angelicus. Et gloria dñi  
 de loco suo benedicat̄. cum a sanctis an-  
 gelis oīum autori laus eterna cantatur  
 Itaqz ppheta conuersus ad peccatores  
 babilonię fuerat. et vocem glorię dñi de  
 loco suo post tergum audiebat. In eo  
 namqz q̄ iusti de conuertendis peccato-  
 ribus cogitant. quia eorum vitia consi-  
 derando ad carnales actus oculos du-  
 cunt quasi ad babilonē intendūt. Qui  
 tamen pro statu suę rectitudinis quia in  
 laude dei bona sanctorum considerare  
 nunqz desinūt. q̄uis per cogitationem  
 alio intendunt quasi post se vocem glo-  
 rię dñi ad hierusalē. id est. de loco suo  
 audiunt.

**Ubi venit. Bernardus in ser-**  
**monē de aduentu primo.**  
**Capitulum XII**

**Q**uero quo veniat intū-  
 entibus inestimabilis est ac pe-  
 nitus incogitabilis dignatio.  
 q̄ in carceri huius horrore dignata ē tan-  
 ta descendere celsitudo. Venit utiqz de  
 corde dei patris in uterum virginis ma-  
 tris. Venit a sūmo celo in inferiores par-  
 tes terre. Quid ergo dñe. quid mihi est  
 in celo. et a te qd volui super terrā? De-  
 us cordis mei et pars mea deus in eternū  
 Nam et si ambulauero in medio umbrę  
 mortis. nō timebo mala. si tamen tu me-  
 cum es. Nūc autē et ad terras sed tanq̄z



inter mortuos liber. sicut lux in tenebris  
 lucet. vnde nec aia i inferno relinquitur.  
 nec sanctum corpus in terra corruptio-  
 nem expit. **Exultavit eni** **Abastus** vt  
 gigas ad currendu viam. ac pertransijt  
 benefaciendo 7 sanando oēs oppressos  
 a diabolo. **Idem in sermone** **de**  
**natiuitate domini.** **Ut** quid autē  
 fratres sic se exinaniret. sic humiliaret.  
 sic abbreviaret dñs maiestati nisi vt simi-  
 liter faciatis? **Stēdit** in exemplo quod  
 7 p̄dicauit verbo. **Discite** inqt a me qz  
 mitis sum 7 humilis corde. **cepit** quip-  
 pe facere 7 docere. **Obsecro** p̄inde ne pa-  
 tiamini sine causa tam p̄ciosum exem-  
 plar vobis exhibitum esse. sed ei confor-  
 mamini 7 reformamini spiritu mentis v-  
 stre. **Studete** humilitati que fundamē-  
 tum est custosqz virtutum. illam secta-  
 mini qua sola potestis saluari. **Quid.** n  
 magis indignū. quid amplius detestan-  
 dum. quid grauius puniendū. q̄ vt vi-  
 dens deum celi paruulum factum. appo-  
 nat vltra magnificare se homo super ter-  
 ram? **Intolerabilis** est impudētie. vt vbi  
 se exinaniuit maiestas. infletur vermicu-  
 lus 7 intumescat. **Hoc** ḡ est quippe. p̄t  
 quod exinaniuit se filius dei formam ac-  
 cipiēs serui. qui in forma dei erat qua-  
 lis patri. sed exinaniuit maiestate quidē  
 7 potentia. non autem bonitate 7 m̄ia.  
**Idem in quodam sermōe.** **Ri-**  
**mirum** apparuit eius benignitas 7 hūa-  
 nitas. **Veni**qz quid tibi homo durū eē  
 poterit cum fueris recordat? q̄ ille in for-  
 ma dei. in die eternitatis sue. in splendo-  
 ribus sanctorū ante luciferum genit? .ve-  
 nit ad carcerem tuū. ad lutum tuū in li-  
 mo. p̄fundi. vt dicit vsqz ad cubitos in-  
 fixus. **De vigilia natiuitatis do-**  
**mini sermo. iiii.** **Habes** ergo com-  
 mendatam humilitatē in eius tempora-  
 li natiuitate. **In** hac enim exinaniuit se-  
 metipsum formam serui accipiens 7 ha-  
 bitu inuēt? vt homo. **Vinc** 7 ipse loqui-

tur in ps. **Infixus** sum in limo. p̄fundi.  
**Amus** quidem nos indubitanter sumus  
 De limo eni plasmati sumus. 7 tūc qui-  
 dem limus paradisi. nunc ho limus. p̄-  
 fundi. **Infixus** sum inqt non pertransijt  
 sed vobiscum sum vsqz ad consumatio-  
 nem seculi. **Augustinus in ser-**  
**monede natiuitate dñi.** **Quid**  
 si deus celi 7 terre factus homo semetip-  
 sum humiliavit vsqz ad mortem crucis.  
 q̄nto magis superbire non debet terra 7  
 cinis? **Videte** q̄ntū humiliare se debet  
 p̄pter deum homo. si se tm̄ humiliat. p̄t  
 hominē deus. q̄ntuz se deicere debet ser-  
 uus. q̄nto ad humilitatē descendit 7 do-  
 min? **Que** humilitas fratres charissimi  
 si plenissime ab hoibus possidetur etiam  
 in charitatem vsqz p̄ficiet. **Ram** dū al-  
 alterum existimat supiorem. dilectio fa-  
 ciet equalē. vnde non seipsū homo de-  
 spiciat. p̄t que ista subire dignat? est de?

**Ad quos venit. Bernardus in**  
**vigilia natiuitatis dñi**  
**Capitulum XIII**

**V**enit autēz medicus ad  
 egrotos. redemptor ad vendi-  
 tos. ad errantes via. ad mortu-  
 os vita. **Venit** qui projiciat in p̄fundū  
 maris oia peccata nostra. qui sanet oēs  
 infirmitates nostras. qui nos p̄p̄is hu-  
 meris reportet ad originem p̄p̄ie digni-  
 tatis. **Magna** est potentia ista. sed plus  
 est m̄ia miranda q̄ sic voluit venire qui  
 potuit aliter subuenire. **Idē in ser-**  
**monede aduentu.** **i.** **Ad** querēdā  
 ouem centesimā que errauerat. de monti-  
 bus p̄perauit. 7 vt manifestius confiteā-  
 tur dño m̄ie eius 7 mirabilia eius filijs  
 hominū. p̄pter nos itaqz venit. **Mira** di-  
 gnatio querentis dei. magna dignitas  
 hois sic quesiti. **Vnde** si gloriari volue-  
 rit insipiens non erit. non q̄ aliquid a se  
 ipso sit. sed q̄ euz tanti fecerit ipse q̄ fecit.  
 f5



Quis enim diuitie. oisq; gloria mundi. et quod quid in eo concupiscit. ad hanc gloria minus est. imo nec in eius compatione aliquid est. **De**ne quid est homo quod magnificasti eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Attamen velim nosse quid sibi voluerit quod non magis ad ipsum iuimus sed ad nos ille venit. Nam nostra quidem necessitas erat. sed consuetudo non est ut diues ad paupes etiam si prestare uoluerit veniat. Et nos igitur ad eum venire magis fuit dignum. sed duplex erat impedimentum. **Quia** et caligabant oculi nostri cum ille lucem inhabitet inaccessibilem. et iacentes in grabato paralitici diuinam illam non poteramus attingere celsitudine. **Propterea** benignissimus saluator ac medicus aiarum ab altitudine sua descendit et claritate infirmis oculis temperauit. latina quadam se induit. illo utique glorioso et ab omni late purissimo corpe quod suscepit. **Hec** enim illa leuissima plane et prefulgida nubes super quam ascensurum eum propheta predixerat ut in egyptum descenderet.

**Ad quid venit. Idem in eodem.**  
**Capitulum XIII**

**I**am vero quis dubitet magnum aliquid in causa fuisse ut maiestas tanta de tam longinquo. ut in tam indignum locum dignaretur descendere? **Plane** magnum aliquid quod misericordia magna. miseratio multa. charitas copiosa. **Leo papa ubi supra.** Nam quod primi hominis vniuersa posteritas vno pariter sauciata corruerat vulneri. nec ulla sanctorum merita conditione poterant illate mortem euincere. venit ex celo singularis medicus. multis significationibus preannunciatus et prophetice premissus in forma dei manens. nihilque proprie maiestatis amittens. in nostre carnis atque natura. sine contagione antique preuarica-

tionis oriens. **Solus** enim virginis filius absque delicto est natus. non extraneus ab hominum genere. sed alienus a crimine in quo illius ad imagine et similitudinem dei conditi et perfecta esset innocentia et vera natura. cum de **Ad**de pagine vniuersi existeret. in quo diabolus quod suum diceret non haberet. qui dum in eum sequitur quem se peccati lege non tenuit ius impietate diuinitatis amisit. **Affusio** enim per iniustis sanguinis iniusticia potens fuit ad privilegium tam diues ad preceptum et si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet. nulla tyrannica vincula retinerent. quoniam sicut apostolus ait: **Ubi** abundauit culpa. superabundauit et gratia. **Et** cum peccati preiudicio nati partem acceperint ad iniusticia renascendi. validius donum factum est libertatis quam debitum seruitutis. **Augustinus ubi supra.** Ceterum homines deum cuius suba sua videre non poterant. spem deo suam in homine solo ponere non debebant. **Quid** ergo hic fieret. homo sequendus non erat qui videri poterat. deus sequendus erat qui videri non poterat. **Ut** igitur homini exhiberet et qui ab homine videret. et quem homo sequeretur. deus homo factus est. humanitas nasci voluit. ut nos in ipso diuinitas nasceremur. et futuris cultoribus eius iterum natiuitatem sancta sanciret. ut nos qui illa natiuitate coartati tenebamur obnoxii. saluatoris nostri vestigia comitati. secundum natiuitatem cetera preiudicia peteremus quia ex deo et in deo nati vincula antiqui mortis abrumperemus. et pignus salutis spiritum sanctum acciperemus. **Cum** ergo deus hominibus apparere vellet. eosque docere que precepta mandauerat etiam preceptis cuperet vim diuinam homine assumpto temperavit. tenebrasque latibulum suum posuit. et in circuitu suo se tabernaculo carnis obtexit. diuinitate quidem equalis patri. incarnatione deo subditus matri. **Idem in alio de eodem.** Ille quidem in forma dei equalis patri factus est filius nobis in forma serui reformatus



nos ad similitudinē dei. rectusq; filius  
hōis. vnicus filius dei multos hōiūz fili  
os fecit filios dei. seruosq; nutritos per  
visibilem formaz serui. p̄fecit liberos ad  
videndā formaz dei. **Filij** quippe dei su  
mus ⁊ non dū apparuit quid erimus. qz  
nobis patrem ostendet. quod vtiq; no  
bis sufficiet. **Isidorus in libro  
Sinarū. j.** Ob hoc ergo deus in hōie ve  
nit. qz p̄ semetipsū ab hōib; cognosci nō  
potuit. Sed vnde nobis consuluit. inde  
despectionē ptulit. qz superbo hōmo de  
sperit infirmitatē quam ille pro nob sus  
cepit. Ob hoc etiā infirma ⁊ stulta mūdi  
elegit. quia fortiora ⁊ sapiētiora per que  
non cognoscebat confundere voluit.  
Deniq; sicut cibū fortem inuālidus in  
fans capere non pōt nisi a matre p̄us edi  
tum in lactis succū h̄tatur. vt quod i ci  
bo non potuit vti per carnē in lacte sugē  
do potest. Ita nos dum ad eternitatem  
verbi conspiciendaz essem⁹ infirmi. caro  
factū est verbū ipsū. vt enutriti per car  
nem ac fortiores effecti. solidū cibū. i. ve  
rum deum capere cum patre sempiternū  
contemplādo satiem⁹ vt angeli. **Idē  
sup̄ Johāne omel. xxij.** Engat ḡ  
te **Christ⁹** per id qd hō est. ducat te p̄ id  
qd de⁹ hō est. p̄ducat te ad id qd de⁹ est

**Qualis venit. Idem in sermo  
ne de natiui. dñi. Cap. xv**

**V**enit autē filius dei pau  
per. sed tñ diues. Quis. n. oēs  
thesauros sapientiē ⁊ scientiē  
nouit in **Christo** occultos ⁊ in pauper  
tate carnis eius absconditos. Propter  
nos siquidez factus est pauper cum di  
ues esset. vt sua paupertate nos ditaret  
Quz enī mortalitatē assumeret mortēq;  
consumeret. in paupertate se ostendit. sed  
diuitias dilatās promisit. non ablatas  
amisit. **Maḡ** ḡppe multitudo dulcedis  
eius quam abscondit timentib; se. perfe

cit autem sperantibus i se. **Ex parte ete  
nim** scimus donec veniat quod perfectū  
est. cui capiēdo vt prestarem idonei. illo  
patri equalis. factus similis nobis. refoz  
mauit nos ad similitudinē dei. **Ber  
nardus in sermone de vigilia  
natiuitatis dñi. iij.** Venit etiam  
modestus quia mansuetus ⁊ humilis.  
sicut ipsemet ait discipulis. **Discite** inq̄t  
a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. vt  
possit etiam modestia nostra. ceteris in  
notescere. **Dignū** siquidem est vt ⁊ mo  
destia nostra s̄m apostoli doctrinam oī  
bus hōib; nota sit. sicut dñi nostri **Je  
su Christi** modestia cunctis innotuit.  
**Quid** enim magis incongruū q̄ vt im  
moderate agat hōmo. pprie conscius in  
firmitatis. qñ quidem inter hōmies mo  
destus apparuit dñs maiestatis. **Idē  
in sermone de die primo.** Appa  
ruit vtiq; iuxta verbū apostoli benigni  
tas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei.  
qui cum in forma dei esset equalis patri  
accipiēdo formam serui exinaniuit se  
maiestate ⁊ potentia. non bonitate ⁊ mi  
sericordia. **Potentia** quidem apparue  
rat in rerum creatione. sapientia hō ap  
parebat in earum gubernatione. Sed  
benignitas misericordiē maxime nūc ap  
paruit in hūanitate. **Innotuit** potestas  
iudicis in signis atq; portentis. **Vnde** i  
corum lege dictum inuenies sepe: **Ego**  
dñs. ego dñs. **Innotuit** quoq; maiestas  
abundantib; i suo sensu p̄bis. quia s̄m  
apostoli. quod notū est dei manifestum  
est in illis: **Verū** tamen ⁊ iudci p̄meban  
tur maiestate ipsa. ⁊ p̄bi scrutatores ma  
iestatē opp̄mebant a gl̄ia. **P̄tās** subie  
ctionē. maiestas exigit admirationē. neu  
tra mutationē. **Appareat** ḡ dñe benigni  
tas cui possit hō q̄ ad imaginē tuā creat⁹  
est conformari. **Quam** maiestatem. pote  
statē. potentiam. nec imitari possumus.  
nec expedit emulari. quousq; angusta  
ta est misericordia tua in sola angelorūz



parte. ac reliquaz occupat iudiciuz cum toto pariter humano genere. **D**ñe i celo mia tua ⁊ veritas tua vsq; ad nubes. **T**erram vniuersam condemnas ⁊ aeras potestates. **D**ilatet mia terminos tuos. extendat funes. expandat sinū. attingat a fine vsq; ad fines fortit. ⁊ disponet oia suauiter. **R**estrictus est iudicio dñe sinus tuus. solue cingulū tuū ⁊ veni miserationibus affluens. charitate superfluens. **Q**uid tu homo trepidas a facie dñi quia venit. **N**on venit terram iudicare sed saluare. **O**lim tibi persuasus est ab infideli seruo vt furtim tolleret. vt imponeres regiū diadema capiti tuo. **D**eprehensus i furto quid ni timeres. quid ni a facie eius fugeres. **Q**uam forte iam gladium vibrabat ignitum. **N**unc aut positus in exilio. in sudore vultus tui videris pane tuo. **E**t ecce vox in terra sonuit. quia dñator venit. sed noli iam fugere. noli timere. **N**on enī cū armis venit. nec puniendū sed saluandū requirit. **E**t ne forte dicas etiā nunc: **A**udiui vocem tuam ⁊ abscondi me. **E**cce infans ē ⁊ sine voce. **Q**uam vagientis vox magis est miseranda q̄ timenda. **A**ut forte si ē terribilis alicui. sed non tibi. **P**aruu factus est. tenera membra virgo mat' alligat pannis. ⁊ adhuc trepidas vel tremis. **I**n hoc saltem scias quia non venit te perdere sed saluare. eripere non ligare. **I**dem. **D**eniq; venit **C**hristus inebriatus vino charitatis ⁊ imemor iniquitatum nostrarum. **V**enit autem in fine tanq; potens crapulat' a vino. vere ebrius. ⁊ imemor miserationū suarū.

**Q**uo tempore venit. **I**dem in sermone de aduentu primo  
Capitulum XVI

**T**empus est. iam. ipsum quoq; temp' quo saluator aduenit considerare oportet. vt

nit enim non i initio. non in medio temporis sed in fine. **N**ec incongruē factum est. sed dispositum sapienter. vt cum magis esset necessarius. tunc pmo ferret auxilium: pronos ad ingratitudez filios. **A**dē non ignorans. **V**ere enī ad vesperascebat ⁊ iclinata dies erat. paulomin' sol iusticie recesserat ita vt erigu' nimis splendor eius aut calor esset in tris. **Q**uā ⁊ diuine noticie parua lux admodū erat ⁊ abundante iniquitate charitatis feruor refrigerat. **I**am non loquebat' angelus. nō loquebat' ppheta: cessabāt q̄si victi desperatione. p̄e nimia vtiq; duricia hominū ⁊ obstinatione. **A**t ego inquit filius tunc dixi: **E**cce venio. **S**ic sic dum medium silentiuz tenerent oia zc. **Q**uod ⁊ apostolus intuens aiebat: **Q**uā venit plenitudo temporis misit deus filium suū in terr'. **P**lenitudo nimirū et abundantia temporalium obliuionē fecerat eternorum. **O**portune tunc ergo aduenit eternitas qm magis p̄ualebat tēporalitas. **Q**uam vt cetera sileam illo in tempore tanta fuit ipsa quoq; pax temporalis. vt ad vnius hominis edictum describeretur vniuersus orbis. **L**eo papa in sermone de epiphania. **I**ta. puidencia mīe dei dispositum habens in nouissimis temporibus pereunti subuenire mundo saluationem omnium gentium p̄finiuit in **C**hristo. vt quoniam ⁊ cunctas nationes a veri dei cultu duduz impius error auerterat. ⁊ ipse peculiaris dei populus israel ab institutis legalibus pene totus discesserat. conclusis omnibus sub peccato omnium misereret. **D**eficiente siquidem vbiq; iusticia totoq; mundo in vana ⁊ maligna. p̄lapso. nisi iudicium suū diuina potestas differret. vniū'sitas hominū damnationis sniaz excipet. **V**erum in indulgētiā ira ē trā'slata. ⁊ vt exercē de gr̄e magnitudo clarioz fieret. placuit. p̄ abolēdis huius p̄ctis tunc sacm remissionis afferri qm



nemo poterat de suis meritis gloriari.  
**D**ugo de sacramētis libro primo. In tempore quidem legis naturalis totus homo dimissus ē sibi. Sed post in tempore scriptę legis ignorantia suā cognoscenti datus est consiliū. Eādem nunc in tempore gratię defectum suum confitenti pręstitū est auxiliū. Tempus itaq; legis naturalis pertinet ad aperte malos quia tunc illi 7 numero plures 7 statu excellentiores erant. Tempus scriptę legis ad fide bonos quia tunc homines in timore seruientes opus nō animū mūdabant. Tempus hō gratię pertinet ad vere bonos qui sub Christo rege militant. **Leo papa vbi supra** Huius autem ineffabilis mīę manifestatio facta est hodie iam apud iudeos tenentes ius regum. vt legitima successione cessante destructa q; pontificis potestate. Obtinuerat n. alienigena pncipatum. veri regis ortus illius pphie pbaretur voce qua dictum fuerat in benedictionib; iude: **Nō deficiet pnceps ex iuda neq; dux de femore eius donec veniat cui repositum est. 7 ipse erit expectatio gentium.**

**Quibus signis aduentum suum preostendit. Maximus in sermone de natiuitate domini**  
**Capitulum XVII**

**U**t autem legitur Augusti cesaris tpe nasci digētē christus āno qdragesimo secūdo regni ei. Et ipse qdē Augustus oī dñabat mundo dei numine sibi subiecto. In ei ergo tempore multa signa 7 prodigia facta sunt que regis eterni natiuitatē pntenderunt. Nam circulus aureus circa solem apparuit. qd sūmū 7 singularem totius mundi pncipem vtero virginis castissimo nasciturū pmonuit. Oleum a mane vsq; ad vesperam romę manabat

de fonte qui romanis aquam ptebat. quod euidenter innotuit vnctio nis Christi mysteriū. eiusq; baptismi sacramentum. atq; mellifluā eius mīę doctrinam. q per baptismū imbueret omnes ad credendū. Omnia quoq; debita regum laxata sunt ab eo. quod intelligi dabat in eius tempore saluatorem nasciturum qui peccata per baptismū indulgeret generi humano. Eius insuper diebus sol obscuratus est. 7 lumine suo per totum mundū priuatus est. post obscurationem hō sol iterum ortus est lucide pmonstrās quia Christus nasceretur p totū mūdū lucens. ablata totius mūdi orbis gentilitate. Iterum huius temporibus sub cuius dñio totus regebatur mundus. terremotus factus est magnus patenter signans q i die iudicij oīa puebunt elementa cum sederit in sede maiestatis sue Christus. In eius etiā tempore discordia bellorum ab orbe terrarū cessabat. quia videre Christum nasciturum pteitulabat qui pacem omnib; inferret. pacem inter deum 7 hominem. inter corpus 7 animas. inter angelos 7 homines faceret. Eius nihilominus tempore fieri animalia ptestantur humana locutione. Bos enī romę sub mysterio natiuitatis Christi locutus est. Sed 7 agnus in egypto humana loquela vsus est. Hęc omnia facta sunt ad pmonstrandū saluatoris ortum. vt elementa intelligerēt 7 aīalia testificarētur aduentus ei. Surre etenī tanti regis natalicia multa longe lateq; ptebant mirabilia.

**Qua via venit. Bernardus in sermone de aduentu domini.**  
**Capitulum XVIII**

**I**bet etiā aduentus eius dē viā psiderare. qz vię ei vię pulcre. oēs semitę illi pacifice. Ecce inq; spolia: Iste venit salies i mōtib;



trans colles. **M**otes et colles prophetas et patriarchas intellige. Et quemadmodum venerit saliens et transiliens in libro generationis accipe: **A**braam inquit genuit **Y**saac. **Y**saac genuit **J**acob etc. **E**t his enim montibus radix **J**esse ut iuuenis prodijt. **U**nde egressa est virga et exinde flos ascendit super quem septiformis spiritus requieuit. **Q**uod manifestius aperiens alio in loco idem propheta dicit: **E**cce virgo concipiet et pariet filium etc. **Q**uem enim prius florem ipsius emanuel et quae prius virga dixit manifestius exprimens virginem noiauit.

**L**eo papa in sermone de natiuitate domini .iiij. **R**am in virga non dubie **M**aria virgo praedicta est quae de iesse **D**avidque stirpe progenita et spiritus sancto fecundata nouum carnis humanae florem utero quidem materno sed partu virginico enixa est.

**B**ernardus in sermone de annunciatione. **I**llud sane diligenter attende quod florem hunc non de virga dixit ascensurum sed de radice. **E**t enim si noua **C**hristi caro in virgine creata esset ex nihilo quod estimare nonnulli nequaquam de radice flos ascendisse sed forte de virga poterat dici. **N**unc autem qui prodijt ex radice sine dubio communi ab origine communes probaretur naturam habuisse.

**C**hrysostomus super **M**attheum. **S**i quaeritur cur **M**attheus euangelista dum generationem **C**hristi explicat non enim prius **A**brae quam **D**avid filium nuncupat. **H**uius ratio assignatur quoniam et utriusque promiserat deus illud tamen tanquam antiquum reticebatur. **D**avid autem ob insigne honorem et gloriae spaciaque viciniore temporis ipsius in omnium ore versabatur. **U**nde ab eis dicitur. **N**onne ex semine **D**avid et de castro **B**ethleem unde erat **D**avid venit **C**hristus? **C**ur autem per **J**oseph generationum ordo decurrit ex quo **C**hristus non na-

scitur et generatio **M**ariae parentum reticetur. **E**t unde per illam generationis seriem possit haberi **C**hristus ex **D**avid esse secundum carnem. **R**esponderi potest utique quia non erat mos apud iudeos generationum catalogum per feminas texere.

**P**er hoc quod **J**oseph ex semine **D**avid esse demonstrat inde quoque virginem esse declarat quoniam in lege fuerat preceptum ex diuersis tribubus usurpationem non licere coniugium. **V**erum ne diceretur **J**oseph legem fuisse transgressum praueuientis euangelista dicit eum fuisse iustum.

**S**ive ergo parentes virginis enumerasset nouitatis inuidiam non effugisset siue **J**oseph reticisset non agnouisset de qua tribu homo fuisset. **I**dcirco **M**attheus ex ipsa **C**hristi generatione statim exordium sumit. **L**ucas vero multis primo enumeratis commemorans generationum catalogum texit quia **M**attheus ut dicitur iudeis et hebreo sermone scripsit nihilque iudeum magis poterat delectare quam si **C**hristum diceret **A**brae nepotem esse. **U**nde et incipit generationes texere ab illo cui prima promissio facta est de **C**hristo. **L**ucas autem omnibus in commune loquens sermonem superius extendit unde et ipsas generationes numerando retrosum a **C**hristo usque ad **A**dam peruenit.

**G**losa super **M**attheum. **I**dcirco autem **M**attheus descendendo. **L**ucas autem ascendendo procedit quia **M**attheus humanitatem ostendit qua deus ad homines descendit. **L**ucas vero sacramenti formam aperuit dum a baptismo incipiens usque ad deum ascendens ad se ut filij dei sint ascendere baptizatos inuit. **O**b hoc etiam **M**attheus ubique ponit genuit. **L**ucas vero qui fuit quia **M**attheus naturae filios tantum numerat. **L**ucas autem aliquos secundum legem vel per adoptionem filios imponit. **H**inc et alia quaestio solui potest. **C**ur scilicet **L**ucas aliorum nominum quam



Mattheus. et etiam plurimum mentiones faciat. cum uterque generationum numerum usque ad Ioseph producat. Mattheus namque dicit Ioseph filium Iacob. et Iacob filium Mathan. Lucas autem dicit Ioseph filium Heli. et Heli filium Matthat. Sed Matthat et Matthat singulos genuerunt ex eadem uxore Hesta nomine. Matthat qui de David per Salomonem descendit eam prius habuit. et uno filio relicto Iacob nomine obiit. Post hoc vero Matthat qui per Mathan descendit eandem duxit et genuit Heli. Sicque Iacob et Heli fratres fuerunt uterini. Iacob autem uxorem Heli fratris defuncti sine liberis ad suscitandum semen eius accipiens. genuit Ioseph. natura quidem suum secundum legem Heli filium. Cur autem in media generationum parte tres reges intermittuntur. scilicet Dabias et Josias et Amasias. quia videlicet Joram duxerat filiam Jezebel. et dictum fuerat per prophetam non esse quemquam sessurum in throno regni de domo Achab usque ad generationem quartam. Ob hoc ergo memoria huius usque ad tertiam generationem a sancta generatione tollitur. quoniam hi tres peccata sui patris Achab imitabantur. Purpurata vero late gentilis familie quarta origo numeratur.

**Cur de peccatoribus nasci voluit. Chrysostomus ubi supra. Capitulum XIX**

**Q**uare autem Mattheus generationes per viros nominans quarundam meminit femininarum. nec saltem meliorum ut Sarre Rebecce et similia. sed eas solas que a aliquo vitio decolorate sunt. videlicet Raab Ruth et Bersabee. adducit in medium. ut disceres idcirco Christum venisse ut mala nostra deleteret. Non enim venit ut index sed ut medicus. nihil de nostris erubescens vilitatibus. nec ut op-

probria nostra fugeret. sed ut potius extingueret. Sicut enim quanto magis est exprobrabile quod crucifixus est. quam quod mortuus. tanto magis ex hoc ipso de misericordia ostenditur gloriosus. ita non solum quia factus est homo. est admiratio dignus. sed etiam quia nihil illum pudet assumptę carnis ex peccatoribus. Per hoc quoque nos docet de parentum vitij erubescamus. Si enim fornicator ipse iam ad meliora conversus. nequaquam vitio potius commaculatur. multo magis ex adultera natus si propria virtute decoretur. nequam parentum suorum opprobriis decoloratur. Non est omnino de virtute parentum vel vitio laudandus aliquis aut vituperandus. imo quodammodo resplendet ille magis qui natus ex parentibus a virtute proorsus alienis. si ipse fuerit de virtute commedabilis. Nullus igitur in superbiam de gloria parentum elenctur. sed pro genitores domini considerans de solis virtutibus gloriatur. Per hoc etiam ut iudeorum tumor reprimitur qui seminis insolenter ex Abrahę stirpe descendere gloriabantur virtutem parentum defensione suorum rati vitiorum. **Ubi supra.** In huius rei significatione agnus in pascha immolatus missus est ex capris et ovibus assumptus. id est. Christum ex iustis et peccatoribus generari. **Ubi supra.** Digo de sacramentis libro. ii. Quidam autem putant carnem illam que a verbo assumpta est ab initio immunem a corruptione peccati fuisse custoditam. et ab ipso parente primo usque ad sui susceptionem a verbo mundam ab omni peccato deductam. et ob hoc a peccato non liberatam sed liberam. per quam scilicet humana natura ubi peccato fuerat obnoxia. erat a peccato liberanda. Sed catholice veritatis definitio filium dei qui pro peccatoribus natus est ex carne obnoxia peccato carnem asserit assumpsisse liberam a peccato. si non liberam quia liberam. Quoniam assumpta est. per eandem quippe gratiam humana natura



mundata ē. vt a peccato libera hō de  
vniat. per quā z christian? a pctō lib at  
vt eidē naturē i christo suo capiti sociat

**Cur d muliere. Augustinus in  
sermone de natiuitate dñi.  
Capitulum XX**

**Q**uis autem dicat nō po  
tuisse verbum dei per quod fa  
cta sunt oia facere sibi cari  
etiam sine matre. sicut primū hominē si  
ne patre fecit z sine matre. Sed quoniā  
vtrūq; sexū. id est masculi z femine vtrūq;  
creauit ipse. Ideo vtrūq; nascendo vo  
luit honorare. quē venerat libare. Ser  
pens antiquus quia nō est ausus loqui  
viro. sed ad eum decipiendū vsus est fe  
mine misterio. p infirmiorē fortiorē ob  
tinuit. z alterum per alterū penetrans de  
vtrōq; triumphauit. Ideoq; potamus  
mortem nostraz in femina velut causaz  
iusti doloris horrere eamq; sine repara  
tione damnatā credere. Dñs ergo veni  
ens quere quod perierat vtrumq; vo  
luit honorādo cōmendare. quia vtrūq;  
perierat. In nullo ergo sexu detem? in  
iuriam facere creatori. vtrūq; ad sperā  
dam salutem cōmēdauit natiuitas dñi  
Honor masculini sexus est in carne chri  
sti. honor feminini est cum mře Christi.  
vicit astutiā serpentis gratia Iesu chri  
sti. **Augustinus in libro d agone  
christiano.** Erigat ergo spem suā  
genus humanū z videat pro quo tan  
ta fecit filius dei q̄ntum habeat in operi  
bus dei locum. Nolite vos ipsos contē  
nere viri. quia virum suscepit filius dei.  
Nolite vos contēnere femine. filius dei  
natus est ex muliere. Cur antez spūsan  
ctus non est natus de colūba. sicut chri  
stus ex femina. quia spūsanctus nō ve  
nit colūbas liberare. sed hoībus innocē  
tiam z amorem spiritalem significare. qd  
est visibilit figuratum in columbe specie  
Dñs autem christ? Iesus qui venerat

ad homines liberādos in quibus ad sa  
lutem mares z femine pertinent. nec ma  
res fastidiuit. quia marem suscepit. neq;  
feminas quia natus est de femina. **Huc  
vsq; magnū sacramentuz. vt quia per fe  
minam mors nobis acciderat. vita nob  
per feminam nasceretur. vt de vtrōq; se  
xu vict? diabolus cruciaret? qui vtriusq;  
subuersione letabatur. Idem de  
doctrina christiana. li. j.** Sicut  
enī qui medetur vulnere corpis adhibet  
quēdam contraria. vt caliduz frigidus.  
humidum sicco. quēdam vero similia vt  
linteolū rotundo vulnere rotundum.  
vel oblongo oblongum. Sic homines  
curans dei sapientia seipsaz exhibuit ad  
sanandum ipsa medicus z ipsa medici  
na. Quā ergo per superbiam homo cor  
ruit humilitatem ad sanandū exhibuit.  
Serpentis astutia decepti sumus. p dei  
stulticiam liberati sumus. Nos imorta  
litate male vsi sumus. Christus mortali  
tate bñ vsus ē vt viuerem?. Corrupto  
animo femine ingressus est morbus. inte  
gro animo femine pcessit salus. Quid  
autem aptius fuit sanandū egris. illumi  
nandum cecis. viuificandū mortuis. q̄  
vt superbie vulnera curarentur humili  
tatis remedijs? Adam precepta dei ne  
gligens induxit peccati dñationez. Je  
sus factus sub lege reddidit iusticie liber  
tatem. Ille diabolo obtemperans vsq;  
ad p̄uaricationē mernit vt omēs i ipso  
morerentur. Dic patri obediens vsq; ad  
crucem. fecit vt omnes in ipso viuificarē  
tur. Ille cupidus honoris angelici na  
ture suę dignitatem perdidit. Sic infir  
mitatis nostre suscipiens conditionem  
propter quos ad inferna descendit eol  
dem in celestibus collocauit. Postre  
mo illi per elationez lapso dictū est: ter  
ra es z in terrā ibis. Huic per subiectio  
nē exaltato dictū ē: sede a dextris meis.  
**Augustinus vbi supra.** Silla  
ho q̄si ligamēta medic? ille vulneribus  
nris adhibuit. vt cū p femina deceptos



## Secundus

per feminam natus. homo hoies mortalis mortales liberavit. **I**dem in libro lxxiiij. questionū. Qm̄ igit̄ hoīs libatio ī vtroq; sexu debuit apparē virūq; qui sexus honorabilior est oportebat suscipere: consequēs erat vt liberatio feminei sexus hinc ostenderet q̄ ille vir de femina nasceretur. Itaq; sapientia dei que dicitur vnigenitus filius. lumine suscepto in utero ⁊ de vtero virginis liberationē ostendit hoīs.

**D**e eius conceptione. **Bernardus in sermone d' annūciatione. Capitulū XXI**

**I**nungit̄ ergo noua legatio **B**abielī archangelo et nouam virgo p̄fessā virtutem. noue salutatiois honorat̄ obsequio. Antiquā mulier excludit maledictionē. nouamq; noua mater accipit benedictionem. Impletur per gratiam que nescit concupiscentiā: vt spiritu superueniente pariat altissimi filiū. que redignat̄ admittere virum. Intrat ad nos eadē porta salutis antidotū. qua vniūsitatē humani generis ingrediens occupauerat serpentis venenū. **A**ugustinus cōtra **Felicianū**. Non autē ad **Pariam** locali motu dinitas venit. sed infabili potentie sue manifestatioēz vterū matris gignendus adimpleuit. ⁊ qd̄ totum est substantie se plenitudine non priuauit. Ingressus est virginis vterū fili⁹ dei vt iterum nasceret̄ ante iam genitus. non dissimilis genitori cum nasceret̄ ex eterno perpetuus. non dissimilis hoī cui⁹ ex matre nasceretur mortuus⁹. Idem tamen ⁊ eternus ī suo. ⁊ mortuus⁹ in nostro dum vtrūq; continet ī seipso ⁊ neutru⁹ perdit ex altero. vno mortē gustauit. altero mortuos suscitauit. Sicq; deum ⁊ hominē. verus vtriusq; mediator. nec geminata persona. nec confusa substantia monstrauit. **O**rigenes sup̄ epistolam ad **Roma**. li. iij. Itaq; de

omni hoīe dici conuenit q̄ per muliere⁹ factus sit. quia p̄usq; per muliere⁹ nasceretur ex viro exordiu⁹ accepit. **C**hristus ho qui non ex semine viri sumpsit originem. carnis sue merito dicitur factus ex muliere. **B**eda in omel. d' essentijs. Ferūt autē q̄ hoīs corpus q̄dragesimo sexto die postq; conceptio inchoatur scilicet mēbroz distinctione formā. ideoq; non casu gestū sed dinitus est p̄curatū. vt eo āno ⁊ numero tēplū edificaretur. quo dierū numero corpus dñi cum in vtero virginali oportebat perfici quod per templū figurabat. **T**emplum quippe secūdo quadraginta sex ānis edificatum fuit qd̄ ad significatiōē dñi. ci corporis specialiter respicit. de quo ipse iudeis ait: **S**oluite templū hoc ⁊ in triduo excitabo illud. **S**olutum namq; passione resuscitauit ad vitāz tertiā die **L**eopapa in sermone de natiuitate dñi. viij. Sic autem partum beatę virginis integre cogitem⁹ vt carni aniq; conceptę virtutez verbi nullo temporis puncto defuisse credamus. nec prius formatū ⁊ aiatū corpus **C**hristi quod sibi supueniens habitator vendicaret templum. sed ipsum ⁊ in ipso homini nouo datum est p̄ncipiū. vt ī vno dei hoīsq; filio ⁊ sine matre deitas ⁊ sine patre esset hūanitas. **S**imul enī p̄ spiritū sanctum fecundata virginitas. sine vestigio corruptionis edidit ⁊ sui generis sobolem ⁊ sue stirpis auctore. **C**hrysostomus in sermone. **C**oncept⁹ autem est dñs octauo kalēdas ap̄ilis q̄ fuit ⁊ dies ipsi⁹ passiois. In eadē enī die passus est in q̄ ⁊ conceptus. **V**n̄ **M**oyli dñs sacramenti p̄ceptum tradens ait ei: **N**on coques lēduz in lacte m̄ris sue **Q**uod significat **C**hristum occidi non oportuisse in primo pasca sue cōceptionis in vtero matris. **I**deoq; **J**oseph cū sciret eam esse pregnantem. nolens eam tanq; adulteram interfici voluit clam dimittere.



**D**e prerogativa illius generationis. Idem in sermone decimo. **Capitulum XXII**

**C**ognoscendus est sane totoque corde confitendum quod huius generatio qua verbum caro idem deus et hominis dei filius unusque Christus sit. omnemque originem humane creationis excellit. Nec enim aut Adae de limbo terre formatio. aut Eve de viri carne plasmatio. aut ceterorum hominum de sexu utriusque permixtione conditio Iesu christi potest ortui compari: Abraam senex divine promissionis heredes genuit. et transgressa fecunditatis annos sterilis Sara concepit. Jacob a deo dilectus est antequam natus. et preueniente gratia voluntarias actiones ab hispida congeniti fratris asperitate discretus. Hieremias dicit dominus: Priusquam te formarem ex utero novi te. et antequam exires de vulva sanctificavi te. Anna diu fecunditatis aliena Samuellem prophetam est enixa quem offerret deo. ut et partu clara esset et voto. Zacharias sacerdos de sterili Elizabeth sanctam prolem suscepit. et precursor Christi futurus Johannes propheticum spiritum intra viscera matris accepit. Puer quod nondum editus genitricem domini signo clausae exultationis ostendit. Magna quidem sunt haec omnia divinum operum miraculis plena. sed hoc ipso moderatius stupenda quo plura. Natiuitas autem domini nostri Iesu christi omnem intelligentiam excedit et exempla cuncta transcendit. Nec potest esse ullis comprobabilis quem est inter omnia singularis. Electe namque virgini de Abraam semine ac de radice iesse per propheticas voces et mystica signa promissa denunciatur ab archangelo sine pudoris damno fecunditas beata virginitatem sacram nec conceptu nec partu violatura. Spiritum quippe sancto in eam suprueniente et obumbrante altissimi virtute incommutabile dei verbum ex incontaminato corpore habitum sibi carnis

assumpsit humane quae et nullum contagium de carnis concupiscentia traheret et nihil eorum quae ad anime corporisque naturam pertinent non haberet. **Augustinus in sermone de eodem** Et vide quod homo primus quo cadente omnes cecidimus. non est natus sed factus. nullo patre nullaque matre sed domino operante. **Nec est huius prima conditio videlicet Adae de humo. Secunda est qua de latere viri creavit deus feminam. Tertia qua homo natus est ex viro per feminam. Quarta homo dei et huius conditio. quae natus est Christus de femina sine viro.** In his quattuor conditionibus una sola visitata est nobis. ceterae vero tres non sunt in oculis carnis sed in fide cordis. De terra quippe factum hominem sine patre vel matre non novimus. factam feminam nunquam vidimus. lecta credimus. Porro tertiam illam novimus qua de complexu maris et femine quotidie nascuntur homines. quarta vero liberauit tres. prima enim et secunda ruerunt. tertiam de ruina genuerunt. In quarta vero salutem omnium inuenerunt.

**De mundicia illius conceptionis. Augustinus de fide ad Petrum. li. i. Capitulum XXIII**

**Q**uibus autem verbis explicatur carnis illius excellentia singulari cui divina est unita ex ipsa sui conceptione persona. cuius origo natiuitatis insolita. qua sic verbis caro factum est ut una persona esset cum carne sua. unigenitus ac sempiternus deus. ipsa suae carnis conceptione conceptus. Nam ceterorum hominum carnem per humanum certum est nasci concubitu viro seminate. femina vero concipiente atque pariete. **Nec potest conceptus esse sine peccato quod in pueros non transmittit pro pagatio sed libido** **Non. fecunditas humane naturae facit huius cum peccato nasci. sed fecunditas libidinis quam habuit ex illius primi iustissima condemnatione peccati**



Unde beatus David quibus de legitimo in istos coniugio natus fuerit. propter originale tamen peccatum quo filij iure naturaliter sunt obstricti. non solum impiorum filij sed etiam omnes qui de istorum sanctificata carne sunt nati exclamat et dicit: **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Sanctus quibus Job hominem non esse mundum a sordibus dicit: **N**ec si unius diei vita eius super terram sit. Itaque dei filius ut illud peccatum quod in concubitu mortalis carnis humana generatio contraxit auferret. conceptus nouo more deus incarnatus esse in matre virgine sine coitu viri. sine concipientis libidine ut per deum hominem inuoluto virginis utero conceptum et editum ablueret quod nascentes trahunt omnes peccatum quibus in corpore mortis huius est nascendi conditio talis. ut matres eorum fecunditatis opus explere non possint nisi prius virginitatem carnis amiserint. Solus igitur abstulit peccatum conceptiois et natiuitatis humane. qui dum concipere veritatem carnis accepit ex virgine. et cum nasceretur integritatem virginitatis seruauit in matre. **N**ec igitur causa est qua deus Marię filius factus est. et illa mater unigeniti dei facta est. ut quez pater genuit ex eternitate. ipsum virgo conceptum proferret in tempe. **I**lla utique virgo quam deus ex ea nascitur? ita singulari gratia prouenit atque repleuit. ut ipsum haberet ventris sui filium quem ex initio habuit uniuersitatis dominum deum. et ipsum videret sibi nascendi solennitate subditum quem in unitate cum patre substantię non solum humana sed etiam angelica creatura cognoscit et adorat altissimum. **S**ic ergo peccatum et pena peccati que per corruptę mulieris scelus intrauit in mundum. auferitur a mundo per inuolatę virginis partum. **E**t quonia in conditioe generis humani per mulierem que de solo viro facta est vinculo mortis obstricti tenebamur. hoc in redemptoris generis humani diuina bonitas egit. ut per virum qui de sola mu-

liere natus est. vita hominibus redderetur **I**llic humanam naturam nequissima deceptione diabolus sibi in peccati similitudinem sociavit. **H**ic deus humanam naturam in unitate personę suscepit. **I**bi femina decepta est ut fieret filia diaboli: **H**ic virgo gratia repleta est ut fieret mater dei. **I**bi angelus deiectus per superbiam. animam seductę mulieris obtinuit: **H**ic deus humilians se per misericordiam. uterum incorruptę virginis ex ea nasciturus impleuit. **A**ugustinus de trinitate libro. xiiij. **Q**ui itaque virginis conceptum spiritus prouenit non caro. fides non libido. **C**redendo quippe non concumbendo fecundata est virginitas sancta. quia nascebatur non contagione transgressionis vitiata natura. sed omnium talium vitiorum sola medicina. nascebatur inquam nullum peccatum habiturus homo. per quem renascerentur liberandi a peccato qui nasci non possunt sine peccato.

**D**e incōprehensibili mixtura deitatis et humanitatis. **B**regorius in omel. **C**ap. XXIII

**I**nuestigari quidem nullatenus potest quomodo verbis dei corporat. quomodo sumus et viuificator spiritus intra matris uterum animatur. quomodo is qui non habet initium ex tempore concipit. **H**inc Johannes ait: **N**on sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. **Q**uis enim nesciat quod ex mortuis animalibus calciamentum fiat **I**ncarnatus ergo dominus veniens quasi calciatus apparuit. eo quod in diuinitate sua morticinum nostre corruptionis assumpsit **U**nde et per prophetas ait: **I**n idumeam extendam calciamentum meum. **P**er idumeam quippe gentilitas. per calciamentum homo designat assumpta mortalitas. **I**n idumeam ergo dominus extendere se calciamentum suum asserit. quod dum per carnem gentibus innotuit. quasi calciata diuinitas ad nos venit



Sed huius incarnationis mysteriū humanus oculus penetrare non sufficit. Calciamenti ergo corrigia est huius mysterij causa nostris sensibus obligata. Iohānes itaque corrigiā eius calciamēti solvere nequit. quia mysteriū incarnationis eius inuestigare nec ipse sufficit. qui per prophetie spiritū hoc agnouit. **Aug<sup>9</sup> in sermone de natiuitate dñi.** Querunt tamē quidam rationē huius mysterij. quōd scilicet deus et homo potuit misceri. quōd utique semel factus est. cum ipsi nequaquam possint eius rei que semper sit comprehendere rationē. quōd scilicet anima corpori societ ut homo efficiatur. Quōd nempe corporea res in corpore coniūgitur. et ut homo fiat anima corpori miscetur. sic est homo deo coniūctus. et factus est Christus. Et tamen ut fieret christus. facilius coniūgi ac permisceri poterūt illa duo incorporea. scilicet deus et anima. quam una incorporea et alia corporea misceantur. id est anima et corpus ut hominis existat persona. **Bern<sup>9</sup> in sermone. iij. de vigilia natiuitatis dñi.** Tres quidem mirabiliter singulares et singulariter mirabiles rerum mixturas in assumptione carnis nostre fecit omnipotēs illa maiestas. Coniūcta enī sunt deus et homo. mater et virgo. fides et cor humanū. **Diq<sup>9</sup> miraculo mirabili<sup>9</sup> est quōd tam diuersa tamque diuisa ab inuicē coniūgi poterunt ad inuicem.** Intuere nūc in creatione quā multa. quā magna potenter creata sint. in positione quā sapienter cuncta locata sint. in dispositione quā benigne summa et infima connexa sint charitate tam amabili quam admirabili. Huic enī limo terreno vim vitalem miscuit. ut in arboribus: unde venustas in folijs surgit. pulcritudo in floribus. sapor et medicina in fructibus. Nec solum contentus limo quā nostro vim sensibilem adiecit. ut in pecoribus quā non solum vitam habeant. sed et quāque viuant sensibus. Adhuc etiam honorare limū nostrum addidit. eius vim rationalem imisit. ut in hominibus qui non solum viuunt et sentiunt. sed etiam inter cōmodum et incōmodū. inter bonū et malum.

inter verū et falsū discernūt. Infirmiora quā nostra volens abundantiori gloria sublimare contraxit se maiestas ut limo nostro seipsam coniūgeret. quo nihil habebat melius. et in una persona sibi met vniretur deus et limus. maiestas et infirmitas. tanta vilitas et tanta sublimitas. Nihil enī deo sublimius. nihil limo vilius: et tamen tanta dignatione deus descendit in limū. tātaque dignitate limus ascendit ad deum. ut quicquid in eo fecit deus limus pertulit. deus in illo pertulisse dicitur tam ineffabili quam incōprehensibili sacramento. Et attende quia sicut in singulari illa diuinitate trinitas est in personis. vnitas in subiectis. sic et in ista speciali cōmixtione trinitas est in substantijs. et vnitas in persona. Et sicut tres personę non sciunt vnitatem. et vnitas non minuit trinitatē: Ita et hic persona non cōfundit substantias. nec substantię ipsę personę dissipant vnitatē. Summa illa trinitas hęc nobis exhibuit trinitatē: opus mirabile opus singulare in omnia et super omnia opera sua. Verbum enī anima et caro in vnā conuenere personā. et hęc tria vnū. et hoc vnū tria sunt. non confusione substantię sed vnitate personę.

**Qualiter verbū patris intrauit vterū virginis absque sui cōtagiōe.** **Aug<sup>9</sup> in sermone de natiuitate dñi.** **Cap. XXV**

**A**dhuc autem humana cogitatio per nebulas suas eat. voleat quęrat. deficiat et dicat: quomodo verbū dei quōd angelos non deseruit. in illo vtero videlicet in loco tantillo includi potuit? Quomodo cepit vterus virginis quem nō potuit capere templum Salomonis? Ergo ne cepit vterus quē nō capit mūdus? Utique non mūdus sed vterus cepit eum. nec enī ut esset in vtero putes minoratum. In vtero siquidem erat et tantus quantum erat. Sed dicis: Non comprehendō. Et ego



in q̄ scio. **N**ec ego qui tecum loquor cō-  
prehendo. sed quotidie nos extēdi ⁊ di-  
latari ⁊ capaces fieri facit humilis ⁊ fide-  
lis cogitatio. **R**eq̄ x̄o capaces facti to-  
tum hoc cōprehendere poterim⁹ cum ex  
parte se dicit scire apostolus. **S**i autem  
quod dicturus sum de verbo hūano cō-  
prehendere nequa q̄ potueritis: videte ab  
illius intelligentia q̄ longe sitis. **H**oc  
certe nos mouet. quomodo **C**hrist⁹ car-  
nem accepit. ⁊ de virgine natus a patre  
non recessit. adūte. **E**cce ante q̄ ad vos  
proferam verbum apud me habeo ver-  
bum. **N**on enī vobis dicerem nisi prius  
cogitarem. **I**ntende igitur homo cui lo-  
qui volo. **I**am ē apud me verbū. ⁊ que-  
ro sonū tanq̄ vehiculū vt perueniat ad  
te quod erat i me. **E**cce audistis fratres  
⁊ quod erat in corde meo iam est ⁊ in ve-  
stro. ⁊ tamen nihilomin⁹ in meo. quoni-  
am ⁊ vobis tradidi ⁊ ego non amisi. **S**i-  
cut ergo verbum meū assumpsit sonus  
per quem audiretur. sic ⁊ dei verbum as-  
sumpsit carnem per quā videretur. **E**-  
cce q̄ntum potui dixi. dum homo loqui d̄  
deo volui. **I**lle manet tantus ac talis ē  
vt nec eum loqui possumus. nec eum ta-  
cere debeamus. **S**ed non desunt hereti-  
ci. qui dicunt non potuisse fieri vt **C**hri-  
stus de **M**aria nasceretur. asserentes cū  
immundi sint ipsi q̄ pars corporis illa tur-  
pis fuisse videatur. **N**si etiam ibi aliqd  
imundicie fuisset. illud sua p̄sentia do-  
minus purificaret. **A**tendite nūc istum  
solem vbiq̄ radios in sordibus. in cloa-  
cis. in locis squalidissimis mittentē. **C**loa-  
ce siccantur. radius autem solis nō inq̄-  
natur. **A**udi etiam heretice imunde ali-  
am similitudinem. vbi est anima tua im-  
pia ⁊ infidelis ⁊ tenebrosa? **Q**uoniam i  
capite tantum. in manibus. in oculis. ⁊  
non etiam in intestinis tuis? **S**tulte ani-  
ma tua nō coinquinatur a stercore tuo?  
⁊ deus inquinari potuit ab opere suo?  
**E**rgo clementissimus deus cum doleret

seculum cenulentiis erroribus inuolutū.  
hominēq̄ mortiferis criminib⁹ catena-  
tum. habuit cum sua pietate consilium  
vt totum redimeret mundū. **T**unc pro-  
mittentibus cēlis prolapsus est in visce-  
ra virginis deus dei fili⁹. magister ⁊ ami-  
cus. ⁊ vt panem angelorū manducaret  
homo. factus est ipse deus homo.

**D**e anime ⁊ carnis assumptione. **I**dē in libro de agone chri-  
stiano. **C**apitulum XXVI

**N**on sunt igitur audien-  
di qui dicunt filium dei nō ve-  
rum hominem suscepisse. neq̄  
de femina natum fuisse. sed falsam car-  
nem ⁊ imaginez corpori simulatā viden-  
tibus ostendisset. **I**n quem errorem p̄-  
rumpunt qui quod non potest fieri me-  
tuunt. ne scilicet humana carne veritas  
⁊ substātia dei coinquinetur. cum visibi-  
lia munda visibilib⁹ immūdis sine labe  
sui contingantur. **E**t magis enim incō-  
mutabilis ⁊ inuisibilis veritas per spiri-  
tum suscipiens animā ⁊ per animā cor-  
pus. totum corpus sine sui contamina-  
tione assumpsit ⁊ ab omnibus infirmita-  
tibus liberauit. **I**dē de incar-  
natione domini libro. ij. **A**nima  
certe **C**hristi verbo ⁊ sapientie dei inse-  
parabiliter adherens totaq̄ totam recipiēs  
⁊ in eius lucem splendorēq̄ cedens. cū  
ipso p̄ncipaliter vnus spiritus est facta.  
**S**icut ⁊ apostolus his qui debēt eā imi-  
tari. p̄mittit dicens. q̄ qui adheret deo  
vnus spirit⁹ est. **N**ec etenī aīa quasi fer-  
rum in igne. sic semper in verbo. semper i  
deo posita quicquid agit oē quod sentit  
quod intelligit deus est. ⁊ ideo nec con-  
uertibilis nec mutabilis dici potest. que  
inconuertibilitatez ex verbo dei vnitate  
indefinenter vnita possidet. **H**ac ergo  
substātia anime inter deū ⁊ carnē me-  
diante. non enī erat possibile dei naturā



misceri sine mediatore: nascitur deus et homo illa substantia mediate cui utriusque natura non erat corpus assumere. **A**ugustinus de fide ad Petrum. Unigenitus quippe dei filius qui est in sinu patris ut hominis carnem animamque mundaret cum susceptione carnis et anime rationalis in carnate est: et qui verus est deus. homo vero factus est. **H**ieronymus in expositione fidei. Sicigitur in Christo unam filii personam esse confitemur ut dicamus duas perfectas et integras esse substantias id est deitatis et humanitatis. que ex anima et corpore continentur. **C**hrysostomus super epistolam ad Hebr. omel. v. Fugientem enim ante se dei filii humanam naturam insecutus apprehendit. sicut apostolus ait: Non enim angelos sed semen Abrahę apprehendit. **L**eo papa. Denique nisi esset deus verus non afferret remedium. nisi esset verus homo non haberet exemplum. **I**dem in sermone de natiuitate domini. iij. Non igitur in eo quia carnis natiuitas est mirabilis. ideo natura dissimilis. Qui enim est verus deus. ideo est verus homo. et utraque substantia caret omni mendacio. verbum caro factus est. punctione carnis. non defectioe deitatis. Que sic potentiam suam bonitatemque moderata est ut et nostra suscipiendo. puererit. et sua coicando non perderet.

**D**e coicantia actionum utriusque  
**I**dem in. iij. de natiuitate domini.  
**C**apitulū XXVII

**H**oc est quod dictum est per Esaiam a domino: Ecce ego concipiet et pariet filium. et vocabitur nomen eius emanuel. quod interpretatur nobiscum deus. Dic enim mirabilis sacre virginis partus vere humanam. vere diuinam vna prole tantam naturam edidit. que non ita proprietates suas utraque

substantia tenuit ut personarum in eis esse discretio possit. nec sic creatura in societatem sui creatoris assumpta est. ut ille habitator et illa habitaculum esset. Et quoniam alia sit que suscepit: alia homo quam suscipit. in tantam tamen unitatem utriusque diuersitas conuenit. ut unus idemque filius sit qui se homo quod verus est homo. patre dicit minorem. et homo quod verus est deus patri profiturur equalem. **I**dem in sermone. viij. Manens enim in forma dei sine sue detrimento maiestatis accepit formam serui. ut nos in sua prouerberet. non in nostra deficeret. Unde utriusque nature in suis proprietatibus permanens. tanta est unitatis facta communio. ut quicquid ibi est dei non ab humanitate distinctum. quicquid autem est hominis non sit a deitate diuisum. **A**ssumptus igitur homo in filium dei. sic ab ipsis corporalibus exordijs receptus est in unitate persone Christi. ut nec sine deitate sit conceptus. nec sine deitate editus aut nutritus. **I**dem erat in miraculo. idem in partu. per humanam infirmitatem crucifixus. mortuus et sepultus. per diuinam virtutem die tertia suscitatus. ad celos ascendit et ad dexteram patris sedit. In natura hominis a patre accepit. quod in natura deitatis etiam ipse donauit. **I**dem in. x. Hoc autem iustificandum hominibus principaliter opitulatur quod unigenitus dei etiam filius hominis esse creditur. et in utroque gratulandum. quia non nisi utroque saluamur. in nullo diuidentes visibilem ab invisibili formam serui a forma dei. Nam et si unum manet ab eternitate illud cepit a patre. tamen in unitatem conuenerunt. nec separationem habere nec finem possunt dum exaltans et exaltatus. glorificans et glorificatus in sibi inherens. ut siue in omnipotentia. siue in omni contumelia. nec diuina in Christo careant humana diuinis. **I**dem de passione domini sermo. xiiij. Dicente siquidem euangelista quod verbum caro factum est et habitauit in nobis. **A**postolo



quoque dicente. quod deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. veraciter est ostensum quod unigenitus summi patris. tale cum humana inest humilitate consortiis. ut suscepta nostre carnis animeque substantia unus et idem dei filius permaneret. nostra augendo non propria. quia non virtus sed infirmitas erat proprie habenda. ut cum suo creatori creatura esset unita. nihil assumpto divina. nihil assumpti deus esset humanum.

**De distinctione proprietatum vtriusque. Idem in sermone de passione domini. xij. Cap. XXVIII**

**C**um igitur in vno domino Iesu Christo divinam confitemur de patre naturam. humanam de matre substantiam. licet verbi dei et carnis una persona sit. et utraque essentia communes habeat actiones. intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates. et sincera dei contemplatione contuedum est ad quae probatur humilitas infirmitatis. ad quae inclinatur altitudo virtutis. quid sit quod caro sine verbo non agit. et quid quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec concipet virgo nec pareret. et sine veritate carnis obvoluta panis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerum novo declaratum sidere. et sine veritate carnis non iuberet puer in egyptum transferri quem Herodes cupiebat occidere. Sine verbi potentia non diceret vox patris missa de caelo: **Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.** et sine veritate carnis non prestaretur **Jobanes: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.** Sine verbi potentia non fieret reintegratio debiliu et vivificatio mortuorum. et sine veritate carnis non abiciuino. nec somniferus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dominus patri profiteretur equalis. et sine veritate carnis non idem

diceret patrem se esse maiorem. cum catholica fides vtriusque suscipiat. vtriusque defendat. quae secundum proprietatem divinae humaneque substantiae unum dei filium et hominem credit et verbum. **Idem in epistola ad Flavianum.** Exinanitio ergo filii dei fuit inclinatio miserationis. non defectio potestatis. Et qui fecit hominem manens in forma dei. factus est homo in forma servi. Tenetque sine defectu proprietatem suam utraque natura. et egit utraque forma cum alterius coitione quae sibi sunt propria. verbo. scilicet operante quod verbi est. et carne exequente quod carnis est. unum horum coruscavit miraculis. alterum vero succubuit iniuriis. et quem ut hominem diabolica temptavit astucia. eisdem ut deo angelica famulabantur obsequia. Nec erat eiusdem naturae amicum flere mortuum affectu miserationis. et eundem excitare reditu unum imperio vocis. **Clavis in ligno tralixum esse. et paradisi portas fidei latronis aperire.** Dicere: **Ego et pater unum sumus. et pater maior me est.** Quis enim in Christo domino dei et hominis sit una persona. aliud tamen est unde in utroque coitione est contumelia: aliud unde coitione est gloria. Propter hanc autem coitionem personae in utraque natura intelligenda. et filius hominis de caelo descendisse legitur. et filius dei crucifixus dicitur. **Idem in epistola ad Le.** Quis igitur ab initio quo in utero virginis verbum caro factum est: nihil unquam in utraque forma divisionis extiterit. et pro omnia incrementa corporis unum personae totius temporis actio fuerit. ea tamen ipsa qua inseparabiliter facta sunt. nulla coitione confundimur. sed quid cuius forme sit ex operum qualitate sentimur. **Wugo in libro opusculorum.** Deus per hominem mundum visitans in propria venit. et homo per deum mundum non amans ubi caput reclinaret non habuit. Deus homo in hoc mundo electis imperavit. et homo deus de hoc mundo regnum se habere non dixit.



**De psonalitatē vnitate. Au-  
gustinus cōtra Maximū. li. ij.  
Capitulum XXIX**

**E**st itaq; Christus vna  
persona gemine substantie. qz  
deus et homo est. nec tamē de-  
us pars huius persone dici potest. Alio-  
qn filius dei deus anteq; susciperet for-  
mam serui non erat totus. et creuit cū ho-  
mo diuinitati eius accessit. qd dicit ab-  
surdissime. quia pars illius rei nō potest  
deus esse. **Alchim<sup>o</sup> de trinitate  
li. ij.** Sane deus dei filius humanā as-  
sumpsit naturā. non personā videlicet  
in eternā suscipiēs personā deitatis. tem-  
poralem substantiā hūanitatis. Homo  
siquidem in deum transiuit. non versibi-  
litate nature sed ppter hūanitātē diuine  
substantie. **Hugo de sacramē-  
tis. li. ij.** Ex quo enim deus hominē assū-  
psit. totū assumpsit. carnem. s. et animā  
id est. hoīs naturam. non hominē perso-  
nā. sed hominē in personā. Caro. n. illa  
et anima p̄usq; verbo vniretur in perso-  
nam. non erant inter se vnita ad personā  
vna siquidem vnio fuit et ad vnū. verbi  
et carnis et anime. Non prius verbum et  
caro. nec p̄us verbum et anima. nec p̄us  
anima et caro. sed simul verbū caro et aīa  
Nec cepit esse psona verbū qn̄ esse hō ce-  
pit. sed hōiem sic assumpsit vt psona eē  
homo inapet. nec alia psona q̄ erat illa  
que eum accipet. Itaq; verbū persona  
suscepit hominē non personā sed natu-  
ram. vt qui suscepit et quod suscepit vna  
esset in trinitate persona. Qui ergo ho-  
minē assumptū negat personam esse. ne-  
gat hominē in personam assumptū esse.  
Homo assumptus vtiq; psona est. et nō  
alia sed illa ipsa a qua assumptus est.  
**Augustin<sup>o</sup> in. li. de fide ad Pe-  
trum.** Firmissime ergo tene. et nullate-  
nus dubites non carnem Christi sine di-  
uinitate conceptā in vtero priusq; susci-  
peretur a verbo. sed ipsum verbum deū

fuisse conceptum suę carnis acceptione  
ipsamq; carnem conceptam verbi ipsi<sup>o</sup>  
incarnatione. **Hugo in. li. opu-  
sculoz.** Ob hoc ergo persona non est  
assumpta. quia corpus et aīa anteq; assu-  
merentur non erāt inter se vnita. Quia  
hō in eo qd assumpta sunt. vnita sunt.  
in personā assumpta sunt. Sed et anima  
rationalis ideo nequaq; assumpta pso-  
na fuit. quia ante vnionē verbi per se eē  
non habuit. Ex quo enim esse cepit. vniri  
cepit. et ex quo vnita fuit. vna cū eo cui  
vniebat psona fuit. Ex q̄ vniri cepit. p-  
sona esse cepit. non inq̄ntūz erat. sed in-  
q̄ntum vnita erat. Si hō per se aliq̄n eē  
habuisset ex se personam esse habuit. p-  
sona enim notat discretionē. p̄pterea qd  
per se non fuit. ex se persona nō fuit. Id-  
circo non est assumpta psona sed natu-  
ra. q̄ qd assumptū est ex eo qd fuit hūana  
nata eē habuit. Persona at nō ex eo qd  
fuit. qz illō p se nūq; fuit. s. ex eo qd hūi  
personę mixtum est esse cepit.

**P**ersonalitas illa diuidi non  
potuit etiam in morte. Idem i  
li. de sacramētis. ij. **Ca. xxx**

**Q**uoniam ergo persona  
dei et hoīs vna est de<sup>o</sup> et homo  
vnus est. Vn̄ quod facit deus  
facit homo. et quod facit homo facit de-  
us. qz nō sunt duo sed vn<sup>o</sup> homo et de<sup>o</sup>  
P̄pt̄ hanc ipsam ineffabilē vnionē  
sicut de<sup>o</sup> p hūanitātē suā se veracit̄ t̄pa-  
lem exhibuit. sic et hō per diuinitatem suā  
ante t̄pa se fuisse non fallacit̄ p̄dicauit  
Virūq; qd homo in celo dñabat. et de<sup>o</sup>  
in cruce moriebat. anima ad infernū de-  
scendit. caro in sepulcro iacuit. diuinitas  
cum vtroq; p̄mansit. Neq; enī caro et  
anima psonam destruere potuerūt sepa-  
rata. quam non fecerant coniūcta. Ver-  
bum quippe persona eterna fuit. animā  
et carnem accepit vt in se persona essent  
non vt se personam facerent. Et semper



cum verbo vno et eadem persona perman-  
serunt. quia nunquam postea a verbo vel in-  
ter se diuisa recesserunt. Ergo Christus  
persona ad infernum descendit. sed secundum so-  
lam animam. et Christus persona in sepul-  
cro iacuit. sed secundum solam carnem. et Chri-  
stus persona ubique fuit. sed secundum solam di-  
uinitatem. Nec anima in sepulcro iacuit.  
nec caro ad infernum descendit. neque caro  
vel anima ubique fuit. sed Christus. Si  
autem ideo non vere in sepulcro iacuit.  
quia solus corpus iacuit. nec vere ad in-  
fernum descendit. quia sola anima descen-  
dit. ergo nec vere mortuus fuit. non ani-  
ma vel diuinitas. **Augustinus contra Felicianum.** Absit autem ut Chri-  
stus sic mortem senserit. ut quantum in se  
est vita vitam perdidit. Si enim ita e-  
ret vite fons aruisset. Sensit igitur mortem  
affectus humani participatioe que spon-  
te susceperat. non nature sue perdidit po-  
tentiam per quam cuncta viuificat. Sic  
enim in sepulcro carnem suam moriendo  
non deseruit. sicut in utero virginis con-  
nascendo formauit. Mortuus est ergo  
non discedente vita. sicut passus est non  
pereunte potentia. Nemo tulit ab eo ip-  
sius animam. quia potestate habebat po-  
nendi et sumendi eam. **Idem super Johannem.** Verbum igitur ex quo  
suscepit hominem. id est. animam et carnem.  
nunquam deposuit animam ut esset a verbo se-  
parata. sed posuit animam. caro cum ipsa  
expirauit. qua redeunte surrexit. Itaque  
mors animam et carnem ad tempus sepa-  
rauit. sed neutrum a verbo dei diuisit. Ca-  
ro quidem animam posuit et resumpsit non  
sua potestate. sed inhabitantem carnem dei-  
tatis virtute. **Ambrosius in libro de Spiritu Sancto.** Christus enim etiam  
dum in cruce pendebat omnia commonebat  
Emisit ergo spiritum non amisit. emisit ex car-  
ne spiritum ad patrem. sed tanquam arbiter  
extuendi ac suscipiendi carnem.

## Qualiter Christus dicitur in sepulcro iacuisse. Hugo ubi. s. Capitulum XXXI

**Q**uid est autem quod scri-  
ptum est. quia cum Christus in  
sepulcro iacuisse dicitur totum  
pro parte positum est. Fortasse cogitas  
quali tria quedam diuinitatem et animam et  
carnem composuisse Christum. et ipsum esse  
totum quoddam tribus his partibus co-  
positum. Est ergo tria pars Christi ver-  
bum. absit. Non enim dimidia pars Chri-  
sti verbum. et dimidia pars homo. sed to-  
tum Christus verbum. et totus Christus  
homo. quia idem ipse deus et homo. Nec  
aliquid ex carne et anima et verbo tanquam ex  
partibus compositum totum fuit. quia to-  
tum ipsum verbum fuit. Diuinitas per se  
non fuit ut ex ipsa totum esset maius ip-  
sa. nec in ipsa pars fuit ut in ipsa aliquid  
esset minus ipsa. In humanitate sola pres-  
sunt. quia in hominis natura duo sunt. anima  
scilicet et caro. et ubi alterum horum est. per se  
homo est. verum est ergo quod in sepulcro Chri-  
stus iacuit. nec tamen ibi totus homo iacuit.  
quod quis totus homo Christus fuit.  
Anima enim et caro dei verbo vnita in per-  
sonam fuit. ideo ubi caro erat verbum de-  
esse non potuit. Aliud est autem cum homo  
id quo est homo dicitur esse. aliud cum esse  
dicitur id quod est in homine. Cum enim ho-  
mo dicitur homo. dicitur persona. cum id  
quod est in homine. dicitur id quod est in per-  
sona. Nam dicitur homo sapiens non  
propter totum sed propter partem. quia sa-  
pientia est in anima sola. Dicitur et can-  
didus et niger. propter partem que est in homine  
quia candor et nigredo sunt in sola car-  
ne. Dicitur enim totus homo albus quia  
totum est album hominis corpus. non quia  
totum sit album quod hominis est. sed quia  
totum est album quod in homine album esse  
potest. Itaque et Christus cum dicitur ho-  
mo propter totum dicitur quod est homo  
id est. propter animam et carnem. Cum autem



mortalis vel mortuus vel sepultus dicitur. propter hominis partem dicitur. id est. solam carnes. Similiter cum exultasse spiritu. vel affectum aut desiderium vel timorem habuisse dicitur secundum animam solam hec habuisse intelligitur. quia sola anima hec habuit que eius divinitati personaliter unita fuit. Sic ergo Christus quod dicitur aliquando secundum personam. aliquando vero secundum id quod fuit in persona dicitur. Et similiter quod secundum hominem dicitur. aliquando secundum ipsum hominem. aliquando secundum id quod fuit in homine dicitur. In natura vero divinitatis non potest esse diversum persona. et id quod est in persona. In sola igitur humanitate ubi multiplicitas invenitur aliud totum et aliud pars esse ostenditur. totum est persona. pars autem in persona. totum est anima et caro. pars autem anima sola vel caro.

**Quæ sit similitudo personalitatis in Christo et in homine puro. Capiculum XXXII**

**Q**ualis autem similitudo cum dicitur. Sicut anima rationalis et caro unus est homo. ita deus et homo unus est Christus. Si enim est omni moda similitudo. cur sic in Christo dicitur deus et homo Christus. et deus Christus. et homo Christus. non sic etiam in homine dicitur. si cum caro et anima simul est. homo est. ita et sola caro vel anima per se homo. sed aliud est aliqua similitudine per unionem ad unitatem componi. et aliud similiter unitati apponi. Ubi quippe nomen totius partes communicare non possunt. quia non habent in se singula separatim unionem. quam simul ex se faciunt. Cum autem aliquando unitatem suam habenti per unionem apponuntur in participationem illius trans-eunt cui apponuntur. ut nomen quoque illius cum illo participare incipiant. sicut per unionem suam unitatem illius participare

incipiunt. Verbi gratia. Dives tectum et fundamentum tria sunt quedam et nullum horum per se domus est. Quando ergo conveniunt ut esse unum incipiant tria simul componunt. non duo tertio apponuntur. Non autem ita sunt con-iuncta corpus et anima. Anima quippe in quantum spiritus est rationalis ex se et per se habet esse persona. et quando corpus ei sociatur non tamen ad personam componitur quantum in personam apponitur. ut in eo quod per unionem quodammodo fit unum cum illa eadem que in ipsa est persona esse incipiat cum illa. In quantum ergo corpus cum anima unitum est una persona cum anima est. sed tamen persona esse anima ex se habet in quantum est rationalis spiritus. corpus vero et anima habet hoc in quantum est unitum rationali spiritui. Quod sensus hominis in homine vivente corpus et anima simul percipit. non animam per se vel corpus per se. sed animam simul et corpus. personam humanam dicere sermo consuevit. Hec autem persona et in anima quidem proprie una est per unitatem. inter corpus vero et animam una per unionem secundum loquendi diversis nominibus appellatur. quorum quedam a parte sunt sumpta. quedam vero ab his que constant in parte. Et debuisse quidem homo a meliori parte sua potius nomen sumpsisse. nisi quia sermo aliter ad intelligentiam homini famulari non potuisset nisi prius eum quem sensus humanus in percipiendo habuit modum in dicendo tenuisset. Itaque quoniam id quod ab humo erat evidentius in homine videbatur ab illo potius homo dicebatur. Sic ex infirmitate sentiendi orta est confusio dicendi. Et quidem debemus propter usum in loquendo modum dicendi servare. nec tamen a veritate credendi recedere. Licet enim hominis persona que proprie spiritus rationalis esse dicitur propter id quod de humo sumptum est homo dicatur. verissime tamen et cum illi sociata



est. sola bene vel male operatur. sed cum ab illo separata est. sola in p̄na vel gloria remunerat. Et sicut in corpore posita quedam sola cogitatione et voluntate facit sine corpore. quedam homo post voluntatem et secundum voluntatem per corpus in opere. ita quoque pro meritis recipit premia. primum a corpore separata sine corpore. postea homo corpori iuncta in corpore. Si autem in diuiduum rationalis substantie persona est rationalis. utique spiritus proprie persona esse habet ex se quidem in quantum spiritus rationalis est. per se autem quando sine corpore est. Qui licet fortasse secundum usum loquendi iam homo dici non possit. quia id quod erat de terra sumptum. iam sibi non habet unitum. non tamen ideo minus persona est. et eadem que prius fuit. quoniam et illud sibi unitum habuit. et propter ipsam unionem una cum illo persona fuit. Sicut ergo corpus rationali spiritui iunctum non sibi dat ut sit persona. sed illi iunctum accipit ab illo ut ipsum sit una persona cum illo. Sic humanitas iuncta verbo non quidem illi dedit ut esset persona. sed ei iuncta ab illo accepit ut esset una persona cum illo. Nunquam verbum et homo una persona in Christo sit. recte tamen per se dicimus verbum est persona. quia ante assumptum hominem persona fuit. Et licet inter hominem assumptum et verbum maior excellentiorque quam inter animam et eius unio fuit. nihilominus recte per se dicimus homo est persona. non tamen alia quam verbum. quia una est persona homo et verbum. Item recte dicimus quia verbum ex quo homo factum est nunquam homo postea esse desit. quia se nec in morte carnis ab assumpta humanitate unquam diuisit.

**Qualiter Christus dicitur conceptus de spiritu sancto. Ambrosius in libro de spiritu sancto.**  
**Capitulum XXXIII**

**H**abuit autem in utero Maria virgo conceptum de spiritu sancto. non quasi de substantia. Alioquin spiritus conuersus esset in carnem et ossa. Si vero de illo virgo concepit tanquam ex eius operatione et potestate quis neget spiritum sanctum autorem incarnationis dominice. Non enim humano semine caro domini concreata est in utero virginis. et corpus effecta. sed effectum atque virtute spiritus sancti formata. Ideoque dicit cum apostolus ex semine David et ex muliere factum non natum. Aliud est enim semine admixto et sanguinis coagulo generare. Aliud vero non permixtione. sed virtute procreare. Posuit quidem homines filios generare et non facere. unde et aliud est fieri. aliud nasci. id est generari. **D**ieronimus. Christus ergo conceptus et natus ex spiritu sancto dicitur. non quod spiritus sanctus virgini pro semine fuerit. Non enim de substantia spiritus sancti virgo semen partus accepit. sed quia per gratiam dei et operationem spiritus sancti de carne virginis est assumptum quod patris verbo est unitum. **A**ugustinus in **Enchiridion**. Ipse namque esset dei filius unicus non gratia sed natura. factus est filius hominis ut esset etiam plenus gratia. Et unde humane nature tanta gloria nullis precedentibus meritis utique gratuita nisi quia magna habet et sola fidelibus ostenditur dei gratia. videlicet ut intelligant homines per eandem illius gratiam se iustificari a peccatis per quam factum est ut homo ipse nullum posset habere peccatum. Sic enim et eius matrem angelus salutauit. cum ei futurum hunc partum nuntiavit. **A**ue inquit gratia plena dominus tecum



Et paulo post: Inuenisti gratiaz apud dominū. Proinde modus iste quo natus est Iesus de spiritu sancto non ut filius. et de virgine sicut fili. insinuat nobis gratiam dei qua homo ille nullis precedentibus meritis in ipso nature sue exordio quo cepit esse copulatus ē verbo dei in tantam vnitatē persone. vt idē qui filius hoīs esset filius dei. ac sic in humana nature susceptione quodāmodo fieret ipsa gratia illi hoī natalis que nullum posset peccatū admittere. Quę gratia. s. ideo per sp̄m sanctum significatur quia ipse pprie sic est deus vt etiā dei donum dicatur.

**De sanctificatione mortalitatis assumptę. Augustinus ad Petrum Cap XXXIII**

**S**ane carnē ipsam a verbo assumptaz oportet credi peccato fuisse prius obnoxiam. sicut et carnem virginis reliquam. sed spiritus sancti obumbratiōe ita mūdātā vt immunis ab oī contagione vniretur verbo. p̄na tamen non cessante sed voluntate assumentis remanente. Collata est enī virgini p̄tentia nouo generandi more sine coitu viri. sine concipientis libidine carnem quaz sine vitio conceptā deus sibi dignatus est vnire. quā tamen non celestis. non aerie. non alterius cuiusq̄ nature. sed eius cuius est oīum hominū caro putes esse. **I**dem in libro de trinitate. Ideoq̄ recte dicitur Christus ex semine Dauid s̄m carnē factus. quia et si non intercessit hominis semen in virginis conceptione. tamē ex ea carne formatus est Christus. que constat ex semine. **I**dem super Beñ. Sicut autem Adaz peccante qui erant in lumbis eius peccauerunt. sic Abraam decimas dante qui erat in lumbis eius decimati sunt. Sed hoc non consequit

in Christo. licet in lumbis Ade et Abraę fuerit. qz non s̄m concupiscētiāz carnis inde descendit. Cum ergo Leui et Christus s̄m carnem essent in lumbis Abraę quando decimatus est. ideo non sūt pariter decimati. quia s̄m aliquem moduz non erat ibi Christus quo erat ibi Leui. Nam s̄m rationem illam seminalem ibi Leui erat. quia ratione per concubitum in matrem venturus erat. s̄m quam rationē ibi nō erat Christi caro. quāuis s̄m ipsā ibi fuerit Marię caro. Ille ergo decimatus est in Abraam qui fuit in lumbis Abraę per legem concupiscētię carnalis. **H**ugo vbi supra. Leui quidem in lumbis Abraę decimatus est quia et naturam et culpam illic habuit quę et naturam et culpā inde accepturus fuit Christus. Non decimatus nō est. qui pp̄ hoc qd inde solam naturam accepturus erat. illam etiam tunc ibi culpam nō habuit. cui ipsa que futura illius erat sine culpa non in origine sua culpe subnoxia fuit. **A**ugustinus de trinitate libro. xiiij. Poterat quidez deus hominem aliunde suscipere in quo mediator esset dei et hominū non de genere illius Adam qui peccato suo genus obligauit humanū. sicut et ipsum quem primo creauit non de alicuius genere creauit. Poterat vel sic vel alio quo vellet modo vnū alium creare. a quo victor prior vinceretur. sed melius iudicauit et de ipso genere quod victum fuerat hominem assumere per quem inimicus hoīs vinceretur. et tamen ex virgine cuius conceptus spiritus non libido p̄uenit. nec carnis concupiscētia qua concipiunt ceteri quę peccatum originale trahunt interfuit.

**De assumptione penalitatis. Leo papa in sermōe de passione domini. xxi. Cap. XXXV**



**S**uscepit itaq; nos illa natura que nec nostris sua nec suis consumeret nostra. que sic vniam in se fecit personā deitatis et hūanitatis. vt sub dispensatiōe virtutum et infirmitatum. nec caro per dīnitatem inuolabilis. nec deitas per carnē possit eē passibilis. **S**uscepit nos illa natura que et generis nostri ppaginem a cōmuni trāmitate nō abrumperet. et peccati contagium omnes homines transeuntis excluderet. **I**nfirmas sane atq; mortalitas que non erant peccatum sed pēna peccati suscepta sūt a redemptore mundi ad supplicium. vt impenderentur ad precium. **Q**uod ergo in oībus hōibus erat transfusio damnatiōis. hoc in **C**hristo sacramentum est pietatis. **E**xactori nāq; crudelissimo liber a debito se p̄buit et ministras diaboli iudaicas manus in cruciatum imaculatę carnis admisit. quas ideo vsq; ad celeberrimā resurrectionē voluit esse mortalem vt credentib; in eū nec p̄secutio insupabilis nec mors esset terribilis cum ita dubitandū non esset de consortio glorię sicut dubitandum non erat de cōione nature. **I**dem idem **quarto**. **V**t autē ad eius imaginem per oīa renouemur qui permanēt in forma dei dignatus est esse forma carnis peccati oēs infirmitates nostras que veniunt de peccato suscepit absq; cōione peccati. vt famis ac sitis somni et lassitudinis ac fletus afflictionib; non careret. doloresq; seuisimos vsq; ad mortis extrema sustineret. quia nemo posset laqueis mortalitatis absolui nisi ille in quo solo innocens erat omnīū natura se sine ret manibus impiorū interfici. **H**inc vniuersis in se credentibus et sacramentum condidit. et exemplū. et vnū apprehenderent renascendo. alterum sequerentur imitādo. dicēte apostolo **P**etro: **C**hristus passus est pro nobis vobis relin-

quens exemplum etc. **I**dem in sermone de natiuitate domini tertio. **I**n integra ergo veri hominis perfecta q; natura. verus natus est deus totus in suis totus in nostris. **P**ostea didicit et que reparanda suscepit. **N**am illa que deceptor innexit et homo ceptus admisit nullum habuerunt vestigium in saluatore. **N**ec quia cōiones humanarum subiit infirmitatum. ideo nostrorum sunt participes delictorum. **A**ssumpsit enim formā serui sine sorte peccati. humana prouebens diuina nō minuens. **E**xinanitio siquidem illa qua se visibile p̄buit inuisibilis inclinatio fuit miserationis non defectio potestatis. **D**ugo vbi supra. **D**emique catholica fides credit q; deus totum quod hominis erat p̄ter culpaz assumpsit. **C**ui scilicet homini et hoc ex societate diuinitatis collatum est vt spontanea quide; libertate bonū faceret sed ad malum faciendum nulla prorsus necessitate vel infirmitate declinare posset.

**D**e passibilitate carnis. **A**ugustinus de verbis apostoli. **Capitulum XXXVI**

**A**ssumpsit quidem verbum carnem non peccatricem sed peccati similem. similem etiam in pēna sed non in culpa. **C**etera quidem omnis hominū caro peccati est. sola illius caro peccati non est. quia non eum concepit mater concupiscentia. sed gratia. **H**abuit tamen scdm apostolum carnis peccati similitudinem per passibilitatem scilicet et mortalitatem. quia esuriit ac sitiit et huiusmodi sustinuit. **D**ugo vbi supra. **D**e hac autem pēna passibilitatis siue mortalitatis. querunt quidam q̄modo fuit in carne saluatori.



**N**am facile quidem est scire quō caro illa quādiu in humani generis massa sub originali debito fuit. **P**oenā quoque p̄ uariationis quę totum tenebat in ipso toto ex necessitate sustinuit. Sed postquā ab ipso toto singularit̄ diuisa est ut nec in ipso esset. nec in causa cum ipso particulari. iam nihil p̄enę debuit quia culpę nihil habuit. **I**taque quāntum in ipsa fuit non debuit sustinere penā quando iam non habuit culpam. primus siquidē homo quia probādus erat talis esse debuit qui et peccare et nō peccare nō posset. **N**ō enim vel obediēti meritum vel non obediēti culpa esse potuisset nisi et obediētia et p̄uariatio voluntaria fuisset. **O**portebat igitur ut et moriendi et non moriendi passibilitatē haberet. quia et si necessarie immortalis esset. etiā p̄uariator et peccator mori non posset. et sic inobediēti penam debitam non haberet. **C**hristus autem homo quoniā a principio perfectus et probatus inuentus est. ad perfectionē vel ad probationē expectatus non est. **E**t idcirco sicut liberum arbitriū habuit sic tamen ut peccare non posset. ita etiam et immortalitē quāntam in se erat habere debuit. ita quod oīno mori nō posset. ut sicut ex consortio ueritatis spiritu confirmatus erat ad ueritatē. ita quoque ex merito uirtutis carne confirmatus esset ad incorruptionem. Sed quia peccatrix a p̄ena peccati non potuit liberari nisi pateretur illius caro quę carebat peccato passibilitatis et mortalitatis infirmitatem in assumpta carne retinuit potestate. sustinuit et uoluntate. passus est non necessitate.

**D**e passibilitate anime.  
 Capitulū XXXVII

**H**abuit etiam anima illa  
 b diuinitati personalit̄ vnita s̄m  
 affectus nature cum quib⁹ fuit

assumpta desiderium et gaudium et dolorem passionis timores pro carne sua. quę oīa rationabiliter admissa sunt potestate facientis et uoluntate patientis. **C**unq̄ carnis sue p̄enā timuit et dolores fugit s̄m affectum nature fecit quo nemo unquā odio habuit carnem suam cuius malus aliquis quidez ex ratione sustinere potest. amare homo nūquā potest. **S**ic igitur in christo s̄m affectum nature quam anima in carne et pro carne habuit. uoluntas quędam erat s̄m quam et mortem et dolores et passionem horruisse ac noluisse ueraciter dicitur. quam tamen uoluntatem superior uoluntas spiritus dirigebat. **H**ęc enim quasi medio quodam loco conlecta uoluntatem carnis subiectam per rationem moderabatur et uoluntati patris superiori per obediētiā subijciebatur dicens: **N**on mea fiet sed tua uolūtas. **A**mbrosius in libro de trinitate. **I**gitur ut homo turbatus fuit. ut homo fleuit. ut homo crucez subijt. **R**ec turbata est uirtus diuinitatis. sed anima s̄m assumptionē hūane fragilitatis. **M**as qui suscepit animā. suscepit etiam anime passionem. ut homo tristitiā habuit quam mihi compatiens affectu meo suscepit. **M**ibi tristis fuit. mihi doluit. et tristitiā meam sustinuit. **P**ro me igitur et in me doluit. qui pro se quod toleret nihil habuit. **D**oluisti dñe Iesu nō tua sed mea vulnera. quia non doluisti pro te sed pro me. **E**cce timuit Christus dū nō timuit **P**etrus. **P**etrus dixit: **A**nimam meam ponas pro te. **C**hristus ait: **A**nima mea turbata est. **U**trūque uerū est et rationis plenū quod et ille qui erat inferior nō timuit. et ille qui superior timens affectum gessit. **A**ugustin⁹ super ps̄. **H**inc etiam ex persona Christi p̄pheta dicit: **R**epleta est malis anima mea. non utique uitijs et peccatis. sed hūanis malis. id est. doloribus repleta fuit aīa Christi quib⁹ ipsa cōpatiebat̄ carni.



**N**os autem humane infirmitatis affectus sicut ipsam carnem ac mortem suscepit non conditionis necessitate sed misericordie voluntate. **Hieronymus** in epistola de natione fidei. Passus est filius dei cuncta que scriptura testatur non putative sed vere. secundum illud quod pati poterat. id est secundum substantiam quam assumpsit. Licet enim persona filii passibilis homini suscepit. ita tamen eius habitatione secundum substantiam suam nil passa est ut tota trinitas quam impassibilem confiteri necesse est.

**De quadruplici eius voluntate. Hugo** in libro de tribus voluntatibus. **Capitulum XXXVIII**

**F**uit autem in eo diuersitas voluntatum secundum diuersitatem materialium. Voluntas quidem diuinitatis per iustitiam sententiarum dictabat. Voluntas rationis per obedientiam veritatem approbabat. Voluntas pietatis per compassionem in alieno malo suspirabat. Voluntas carnis per passionem in malo proprio murmurabat. **Le**proso dominus ut diuine voluntatis et sententiam ostenderet et potentiam ait: volo mundare. Propter voluntatem rationis dixit: Spiritus quidem promptus est. Propter voluntatem carnis ait: caro autem infirma. Voluntas autem pietatis appellatur voluntas humanitatis. quia hominis est pietate moueri. Itaque cum videns ciuitatem fleuit super eam. noluit quod voluit scilicet illorum perditionem. Secundum voluntatem utique diuinam quod iustum erat futurum voluit secundum voluntatem rationis iustitiam approbavit. Porro secundum voluntatem pietatis absque odio iusticie condoluit illorum miserie. quemadmodum secundum voluntatem carnis iustitiam non accusabat sed penam recusabat. Sequebatur ergo voluntas diuina iustitiam. voluntas rationalis obedientiam. voluntas humanita-

tis misericordiam. voluntas carnis naturam. **Rec** altera alteri contraria fuit. sed vnaqueque quod suum erat appetit ut quousque ad aliud esset alteri. tamen non contrairerit. hoc est ut licet ad aliud velle haberet. ad aliam tamen nolle non haberet. **Sicut** enim diuinitatis natura erat iustitiam non deserre. sic carni iustum erat naturam seruare et pietate alienam misericordiam non amare. **Itaque** iustum erat carni quod passionem suam noluit. quia hoc erat secundum naturam. et iustum deo quod passionem illius voluit. quod hoc secundum iustitiam. **Similiter** et pietas quod suum erat amavit. misericordiam tamen quod suum non erat non improbauit iustitiam. **Sane** quod caro mortalis timore passibilitatis vitur et pietas amore compassionis mouetur presenti tamen vite debitus est. et quare malis passio debetur quam diu corrigi possunt. et bonis passio non tollit quam diu meliores esse possunt. ut per compassionem deleatur iniquitas. per compassionem exerceatur bonitas. **Cum** autem mortale induerit immortalitatem sicut carnem neque passio neque timor passionis affliget. **Sic** mens nullam ex compassionem alieni doloris penam suscipiet. **Non** tamen quia crudelitas erit in pena aliena. sed quod cruciatus non erit ex aliena miseria. **Quia** viua moralis interim pro parte in utroque egrotat ex passione in carne et compassionem in mente. tunc sanabitur in utroque. **Sicut** enim egritudo carnis est pati. ita egritudo mentis est compati. **Propterea** deus homo qui utrumque tollere venit. utrumque tolerauit. **Neque** ideo sibi contrarius fuit. sed secundum pietatem humanitati congruam noluit quod secundum iustitiam diuinitati debitam voluit. et hoc velle et illud nolle utrumque voluit. **Dicitur** homini quando aliquid patitur. tu teipsum turbasti. **Sic** Iesus semetipsum turbauit quando miseratione turbauit eum quam sponte susceperat et semetipsum tradidit. quam ille tradidit cui ad tradendum partem concesserat. **Itaque** quam christum secundum hominem nouimus?



et patientem et compatientem non inquit? De-  
fecerunt inquit sicut fumus dies mei. propter  
passionem ossa mea sicut cremum aruerunt.  
propter compassionem. Dolor compassionis  
quasi confrictura quedam anime fuit. quia  
vrebatur miseratione. premebat compas-  
sione. siccabat desperatione. non propter  
se sed propter illos qui nec in malo corrigere  
di neque in malo erant liberandi. Nunc au-  
tem iam secundum carnem non nois postquam re-  
surgens a mortuis etc.

**De meriti eius perfectione. Du-  
go de sacramentis libro ij.  
Capitulum XXXIX**

**P**orro si voluntas Chri-  
sti semper fuit perfecta. et meri-  
tum semper perfectum fuit. sed per  
temporum intervalla quod in se simul erat  
apparuit. et quod ipse ab initio plenus et  
perfectum habebat humanam cognitioni per  
quosdam perfecti revelationis se habere  
magis ac magis put oportebat ostendit.  
Et eadem bonitate qua se ad obedientiam  
passionis spontaneum exhibuit. quia pa-  
ti voluit iustus et bonus. et gloria dignus fu-  
isset. et si pati voluisset. quam habet et ipse pater  
voluisset. Nam sicut obediens fuit. quia  
volenti volens consensit. Ita procul du-  
bio obediens fuisset si nolenti patri hoc  
idem et ipse nolens consensisset. Pote-  
rat quidem si voluisset alia via intrare  
ad gloriam suam. sed voluit propter nos pro  
penam ire ad gloriam. ut moriens timo-  
rem tolleret passionis. resurgens spem red-  
deret glorificationis. Hac via ire voluit  
quia nos hac via ire debuimus. quia alia  
non potuimus. Christus non meruit quasi  
sibi indebitum aliquid acquirere. et tamen me-  
ruit opus virtutis dignum remuneratione  
perficiens. Neque enim ideo quia prius ipse di-  
gnus fuit. Ideo virtutis opus exhibitum  
postea remunerabile non fuit. Quia et pa-  
ter familias in vinea sua laborat. et postea  
cum ad refectorem venit cibum postulat

seque bene meruisse dicit. Sed aliter me-  
retur mercenari? aliter dominus. Mercenari?  
meretur quia non ei deberet si non opa-  
retur. dominus autem etiam si non laborat pa-  
nem suum manducat. nec opus habet si  
vult pro eo laborare. quia suus est etiam  
sine opere. Porro si Christus ad gloriam  
resurrectionis nisi moriendo peruenire non  
potest. ergo pro se mortuus est. et ut vivere  
posset mori necesse habuit. Sed quod ait?  
Vado inquit immolari pro vobis. Qua-  
re non dicit et pro me? An forsitan eru-  
buit de necessitate et gloriabatur de pietate?  
Ergo quod erubuit ipse manifestare. tu  
non erubescis impropere? Ergo ex quo  
factus est homo. factus est obediens. Nec  
tunc primum obedientiam patiendi et moriendi  
habere cepit quam et pati et mori cepit. Ex  
his tamen que passus est obedientiam di-  
dicit. quia id quod in excellentia deitatis  
expertus non erat. per inferiorum naturam  
in usum assumpsit.

**De gratie in eo plenitudine.  
Capitulum XL**

**I**taque deus homo sicut  
ab eterno in divinitate sua perfe-  
ctam bonitatem habuit. imo per-  
fecta bonitas ipse fuit. Sic a concep-  
tione in humanitate sua plenam et perfectam  
bonitatem habuit. **Uolo super Jo-  
hannem. ij. ca.** Non enim deus Chri-  
sto suo spiritum ad mensuram sicut ceteris  
hominibus dedit. sicut Johannes bap-  
tista dicit. Non enim ad mensuram dedit  
deus spiritum. sed sicut ex toto se ipso to-  
tum filium genuit. sic eidem incarnato  
spiritum suum totum non particulariter nec  
per subdivisiones. sed generaliter et uniu-  
ersaliter dedit. Pater enim inquit filium di-  
ligit singulariter videlicet non ut filios  
adoptivos. et in manu eius omnia dedit.  
quia sibi penitus equalem genuit.  
**Uolo super epistolam ad Ro-  
ma. xij.** Non ergo sine gratia spissantia



est mediator dei et hominum homo Christus. **Q**uoniam enim est unigenitus equalis patri filius non est gratie sed nature. **Q**uoniam autem in unitatem persone unigeniti homo est assumptus gratie est non nature. **H**uius homini sine mensura datus est spiritus. ceteris vero diuiditur. **N**on quidem ipse spiritus sed dona eius. **D**onibus quidem ad mensuram datur. et datus additur. donec uniuersis per modo perfectionis sue propria mensura compleatur. **B**eda in omelia super **L**ucam. **V**eritatem iuxta naturam hominis Christus etiam ut scriptum est: gratia proficiebat. non ipse per accessum temporis accipiendo quod non habebat. sed donum vite pandendo quod habebat. **S**apientia quoque proficiebat. non ipse quod tempore sapientior existendo. qui a prima conceptionis hora. spiritus sapientie plenus permanebat. sed eam qua plenus fuit sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrando. **E**tate quoque profecit quia de infantia ad pueritiam. et pueritia ad iuuentutem consuetudo hominibus crescendo ordine peruenit. **E**t bene cum dictum esset quia **I**esus proficiebat sapientia etate et gratia: adiunctus est. apud deum et homines. quia que proficiente etate hominibus sapientie et gratie. que sibi ierat dono patefecit. tantum eos ad laudem dei patris semper excitare curabat. peragens ipse quod ceteris agendum precepit. **L**uceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra. **A**rgo ideo non solum apud homines gratia et sapientia proficere dicitur in quantum ipsi eius sapientiam ac gratiam cognoscere potuerunt. sed etiam apud deum in quantum ad eius laudem et gloriamque sapientie ac gratie quam in eo cognouere retulerunt. **B**eda super **J**ohannes **ii. cap.** **I**taque sicut dicit **J**ohannes baptista: **D**e plenitudine eius omnes accepimus et gratiam pro gratia. **N**on solum enim gratiam que plane gratis sine merito datur ut fidem ex qua iustus uiuit que per dilectionem operatur. sed etiam pro ista gratiam

id est. beatitudinem eternam que et merces iusticie dicitur et etiam gratia. quod meritum ex gratia. **H**ieronymus super epistolam ad **E**phe. **Q**uia homo **C**hristus semper cum patre fuit. et nunquam ut esset patria voluntas precessit. ille quidem natura filius est utpote qui nunquam filius non fuit. **N**os autem adoptione filii sumus. quod priusquam essemus predestinati sumus. et tunc spiritum adoptionis accepimus cum in filium dei credimus. **H**inc ait et **A**mbrosius. **B**eda super epistolam ad **R**oma. **i. ca.** **V**olui scripturam diuinam et reuolui. et filium dei nunquam adoptionem inueni. **S**ed sic christus in quantum est deus naturaliter habet ut sit naturalis dei filius. sic in quantum homo per gratiam habet ut sit idem naturalis filius.

**Q**ualiter factus est nobis fons et exemplar gratie. **C**ap. **XLI**

**A**pparet igitur in nostro capite fons ipse gratie a quo in cuncta membra diffunditur et gratia. **S**ic enim ab initio fidei sue quilibet homo gratia fit christianus. sicut homo ille ab initio factus est **C**hristus. **D**e spiritu natus est ille. de spiritu regnatus est iste. spiritus nullo factum est ut nullum haberet peccatum. spiritu quoque in nobis fit remissio peccatorum. **D**enique qui fecit homines illum sine ullis ei merito precedentibus. nullum quod ei dimitteret vel origine trahere vel voluntate perpetrare peccatum. ipse nullis eorum precedentibus merito credentes in eum facit. quibus dimittat omne peccatum. **Q**ui fecit illum tale ut nunquam habuerit vel habiturus sit voluntatem malam ipse facit in membris eius ex mala voluntate bona. **E**t illum igitur et nos predestinauit. quod et in illo ut esset caput nostrum et in nobis ut eius caput essemus non merita nostra precessura. sed opera sua futura presciuit. **I**psa est ergo predestinatio sanctorum. que maxime claruit in sancto sanctorum quod nemo recte scripturas intelligens negare valet humana merita precescunt et per



**J**esum christū gratia regnet. Siquis in capite nostro pcedentia merita singularis illius gnationis inueniat. ipse i nob eius mēbris pcedentia merita fidei 7 regnationis inquirat. **N**ec enī Christo retributū est. nec p aliquo nobis merito s gratis tributū est. Ille quippe nos credere fecit in **C**hristū. qui nobis fecit in quē credimus **C**hristū. Ille nobis fecit fidei pncipiū qui fecit hōiem fidei pncipem ac perfectiorem **J**esum. **A**ug' contra **M**anicheū. Ideo autē **C**hristus caput nostrū est. quia spūs noster regitur a sapientia dei quē **C**hrist' est. Et sicut in capite sunt oēs sensus corpales. ita 7 in **C**hristo sunt oēs sensus spūales. id ē gratiarū plenitudo. **B**lo. sup epistolam ad **E**phe. v. Nos ergo sūm aplm mēbra sum' corporis eius de carne 7 de ossibus ei'. Sicut enī **E**ua d **A**dā facta traxit ab eo carnē 7 ossa. sic nos a **C**hristo instituti alij sum' vt ossa. s. robusti. alij vt caro. s. infirmi. **A**mbrosius de trinitate. li. iij. Ego sum inq' pncipiū qui 7 loquor vobis. Ipse nimirū est oīum pncipiū 7 auctor virtutū. quia ipse est caput corporis ecclesie pmo genit' ex mortuis. Ipse est pncipiū viarum dei. Ipse namq' pncipiū integritatis qui virgines docuit non viriles concubitus expectare sed integritatē mentis 7 corporis spūsancto dedicare. Ipse pncipiū parsimonie qui pauper factus est cum diues esset. Ipse pncipiū patientie qui cū malediceret non remaledixit. cū pcuteret nō repulsit. Ipse pncipiū humilitat' qui cū patrē deū equaret maiestate virtutū. formaz serui suscepit. Et vt breuiter dicā ex illo virt' vnaquēq' pncipiū accepit. **H**ugo in libro opusculor. De h' itaq' solo q' plen' grā fuit illud pphetiā dici nō potuit: **P**lui sup vnā ciuitatem 7 sup aliam nō plui. Ipse namq' tot' redūdans 7 grām fundens. quod fecit 7 dixit. fuit doctrina. qd fuit medicina. alterū exemplū. alterū re-

mediū. Et de plenitudine eius oēs accipimus. **V**n' 7 dicit: distillās fanus. **F**auus enī verbū carnē in virgine figurat. distillatio hō redūdātā significat. **I**ō quoq' dicitur non effundere sed distillare. quia sūm mensurā diuidit vnicuiq'. **I**dem in libro de sacramentis. ij. **H**oc vtiq' verbū dum cū patre esset vnū. nobiscū etiam vnū fieri voluit vt nos in se 7 per se cum illo etiaz cum q' vnū erat vnū efficeret. **P**ater inq' sancte ego in eis 7 tu in me. **R**ogat vnitas pro vnione. verbum cum patre vnū in natura. homo cum verbo vnū in persona. membra cum capite vnum esse. pncipiū quidem iusticia. postea hō in gloria. **U**t enī in iusticia sint vnū pdestinati. cognoscat inquit mūdus quia tu me misisti. **U**t autem i gloria vnū sint. volo inquit vt vbi ego sum 7 illi sint mecum.

**Q**ualiter fuit simulviator 7 cōprehensor. **A**ugustin' in epistola ad **R**o. Cap. XLII

**I**taq' visuri sumus deū sicuti est. qd aia **C**hristi sp' fac ex quo ab eo assumpta 7 impleta est. **N**am 7 angeli nostri vident faciē patris qui in cēlis est. qntomag' anima illa quē omnibus creaturis vtpote deo plena excellentior est. **H**ugo vbi supra. **I**psa quidez in sensu carnis ad temp' dolorē sustinuit. sed in societate deitatis plenū ac perfectū gaudiū semper possedit. **N**am vbi pfecte iūgebat' plene ac perfecte beatificat'. vbi autē ad temp' min' habuit ex dispēlatiōe postea suppletū est in glificatiōe. ita tñ vt qd in parte sublimiori v'z habebat bonū. nec aliqñ redderetur. qz nunq' fuit amissum. nec suppleret quia ex quo datum est semper mansit perfectū. **D**eniq' sicut plenaz ac pfectam dei sapientiā vnitā habuit. ita plene ac pfecte sapiens ex ipsa fuit. **N**ec tamen ipsi natā equalis fuit. quia longe



est aliud sapientia sapere. atq; aliud sapientiam esse. Ex quo enim humanitati diuinitas coniuncta est. ex ipsa diuinitate humanitas accepit per gratiam totum quod diuinitas habuit per naturam. ita ut in illam ineffabilem unionem ut dei esset in humanitate. scilicet totum quod humanitatis erat. et hoc esset in diuinitate sua totum quod diuinitas erat. Sic ergo humanitatem uerbi in anima rationali a prima conceptione sua ex ineffabili unione diuinitatis plenam et perfectam sapientiam et potentiam et uirtutem et bonitatem accepisse credimus et ipsam sicut in unione diuinitatis inseparabiliter. sic in ipsa que ex unione diuinitatis erat plenitudine uirtutis immutabiliter permanisse confitemur. **I**dem de anima christi. Idcirco autem anima christi omnia dicitur habere per gratiam que deus habet per naturam. quia plenitudo ueritatis in uerbo ei unita est ex tempore per gratiam. Hoc igitur ista ex tempore habet quod accepit. quod ille ex eternitate. quia fuit. Accepit homo non in eius quod accepit naturam unitatem transiret sed ut in eius consortium sublimata ascenderet. Recinde sequitur quod opus creatori suo equale sit. quia cum immensitate gratie accipere conditionem nature non amittit. Una quidem est sapientia dei qua sapiens est anima christi. nec participando sapiens. ut hoc uel illud in illa et per illam sapiat. sed plenitudinem habendo ut totum possideat. Nec tamen equalis deo anima christi est. quia sapientia dei non est. Nam qui sapientia sapit quod habet aliunde accepit. qui sapientia est ex semetipso habet quod sapit. Illic gratia natura. et idem illic gratia. quod hic natura. Rectamen illic gratia naturam ad immensitatem commutat. Nec hic naturam ad mensuram gratia coartat. Quicunque autem hic asserere contendunt quod alia fuerit illa sapientia qua anima christi sapiens erat. alia que anime christi unita erat.

ego nemini preiudicium facere uolo. uideant ipsi quo sensu hoc asserant. ne forte carnalis sit magis sua quam illa pronuncians. hoc tamen indubitanter ego affirmo. quia ut alia sapientia preter diuinam in anima christi non fuit. aut si alia fuit equalis illi non fuit. **A**ugustinus super epistolam ad Colossenses. Denique iuxta uerbum apostoli. in ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. que duo ita inter se distant ut intelligat sapientia de diuinis. scientia de humanis. **U**triusque siquidem agnosco in christo. et sapientiam in eo que uerbum est apud deum. et scientiam in eo que est homo nobiscum. **D**ia namque que pro nobis uerbum caro factum temporaliter fecit ac protulit. pertinet ad scientiam. **Q**uod autem uerbum est sine tempore et loco. patri coeternum et ubique totum. refertur ad sapientiam. **I**pse est ergo nostra scientia ipseque nostra sapientia.

**Qualiter in eo habitat diuinitatis plenitudo. Glo. ibidem.**  
**Capitulum XLIII**

**I**n ipso nimirum inhabitat plenitudo diuinitatis. ita ut etiam personaliter eidem sit unita quod non est in aliqua creatura. **N**am deus quidem ubique est presens. nec tamen ubique sed in templo suo tantum inhabitans. et capitur ab alijs amplius. ab alijs minus. sed in ipso capite nostro habitat omnis diuinitatis plenitudo. **E**t hoc ut dixit apostolus corporaliter. non quod corpus sit deus sed hoc uerbo translato est usus. quod olim in templo manufacto non corporaliter habitauit sed umbratilitate. id est signis figuratibus. **Q**ues. n. ille obsequatit fuerunt umbrę. id est dicuntur corporaliter. id est completine. **I**n ipso siquidem implentur omnia ut ipse sit quodammodo corpus et impletio legalium umbrarum. id est uitas significationum illarum. **N**el id est corporaliter dicitur. quia tanquam in templo suo deus habitat christi quod de uirgine suscipit.



**L**eo papa in sermone de nativitate dñi. x. Totum enī corp⁹ implet tota divinitas. Et sicut nihil deest illius maiestatis cuius habitatiōe repletur habitaculū. sic nihil deest corp⁹ qd non habitatore suo sit plenū. Quātem subiungit apostolus: Et estis in illo repleti zc. Postea utiq; significata est natura. ad quos illa repletio non pertineret. nisi dei verbū nostri sibi gnīs. z animam z corpus vnisset. S; dic m hereticus. **A**ugustinus in sermone de eodem. Si pater z fili⁹ z spūssanctus vnū sunt. non ad solum Christum pertinet caro. sed oēs tres incarnati sūt. Ecce in q̄s in sole calor z splendor ī vno radio sunt z ab invicē separari nō queunt. Aliud tñ suscipit calor. aliud splendor. Calor suscipit non illuminationē s; feruorem. splendor autem non feruorem sed illuminationē. Itaq; calor exiccatur. splendor illuminat. aliud simul. aliud singulares agunt. z tamen ab invicē se nō dividunt. Sic z filius carnem suscepit. z patrem non deseruit. nec a patre se divisit. Suscepit inq; filius carnem in proprietate. tamen z pater z spūssanct⁹ nō defuit in maiestate. In divinitate quidem equalitas. in carne x̄o sola filij proprietatē. **A**uz igit vna sit deitas. implevit quidē carnem Christi pater z spūssanct⁹. s; maiestate non susceptiōe. Vis scire qz cum eo pater erat? Non sum inquit solus s; pater mecum est: Audi z de spūssancto qz erat cum eo: Iesus autem. inqt evangelista. plenus spūssancto regressus est a iordane. Adhuc citbarā respice vt musicum melos dulcibus sonis reddat. Ecce pariter adesse tria. s; ars man⁹ z chorda dicuntur. et tamen ars dicat. manus t̄agit. chorda resonat. Resonat qd auditur. nec ars nec man⁹ sonū reddūt sed pariter cum chorda operātur. Sic nec pater nec spūssanct⁹ carnem susceperunt. z tamen cum filio parit̄ sunt. **S**o-

la sonū chorda discutit. z carnem solaz Christus accepit. **A**ugustin⁹ in sermone de cena dñi. Ego itaq; dñicam carnez. imo perfectam humanitatez in Christo eo q; a deitate suscepta z deitati vnita est adoro. Confiteor enī non alium z aliū. sed vnū eundēq; deū z hōiem esse dei filiū. Deniq; si hominē separaueri a deo. nunq; illi credo nec seruiō. Nam z si quis purpurā regis iacentem inueniat vel diademata regale. nūq; ea conabitur adorare: Sed cum ex ea fuerit indutus. periculū mortē incurrit si ea cum rege quis adorare cōtempserit: Ita etiam in Christo dño hūanitatē non solam vel nudam sed divinitati vnitam. s; vnū dei filiū deum verum. z hominē vtz. si qd adorare ptempserit eterna morte peribit.

**Q**ualit̄ ī eo fuerūt septē dona spūsscti. Glo. vbi s. La. XLIII

**S**icut autem vt dictū est in corpore Christi de hōine sup̄posito tanq; in tēplo suo habitat de quid interest inter caput z cetera mēbra que nimirū sunt etiā tēplū eius: Quia videlicet in ipso capite nostro habitat oīs plenitudo divinitatis. ita q; est oī gratia plenus. non sic autem habitat in ceteris sanctis. Raz z in hō nostro corpore sensus inest singulis mēbris. sed nō quantum in capite. Ibi enī vigent qnq; sensus. in ceteris aut sol⁹ tact⁹. Sic z ī christo hitat oīs divinitatē plenitudo. qz ipse est caput in quo sūt oēs spūales sensus. In ceteris x̄o sc̄tis q̄si solus ē tact⁹ q̄b; datus est ad mensurā spūs. Est z aliud quo interfit in illud caput z cuiuslibet excellentiā membri. qz factus est ille hōmo vna p̄sona cū verbo quada; hōmis susceptiōe singulari. Postq; aut ap̄ls in ipso plenitudine divinitatē habitare alseruit. ilico s̄biūxit. Et estis ī illo repleti.



videlicet donis spūs sancti. Repleti inq̄ estis vos qui i eo plenitudinez habitare creditis. **Bernardus in sermone de annūciatione.** Quia autem super Christum iuxta p̄phiam **Esaię** spiritus dñi requieuit nihil in eo fuisse contradictionis ostendit. de qua ait. **Concupiscit aduersus spiritū zc.** Ipse nāq̄ x̄ps **Iesus** mediator fidelis sicut i vna persona dei et hōis substantiaz copulauit ineffabili sacramento. Sic et in ipsa consilio vsus altissimo mediam non deseruit equitatem. vtiq̄ quod oportebat tribuens deo. s. honorem et homini miserationem. **Hęc** enī optima compositio nis est forma inter offensum dñm et reuz seruū. vt nec honorandi dñi celo austriore sententia seruus opprimatur. **Rec** rursum dum huic imoderatius condescenditur. ille honore debito fraudetur. **Hinc** est illa distributio angelica in huius ortu mediatoris qua gloria deo tribuitur in altissimis. et in terra pax hominibus bonę voluntatę. **Huius** igitur obseruationis gratia fidei reconciliatori nec timoris spiritus defuit quo patri sp̄ reuerentiam exhiberet. semper ei deferret semper eius gloriam quęreret. **Rec** spiritus pietatis quo misericordit̄ compatiens hominibus condescenderet. vnder ne cessariū huius spirituz quoq̄ scientię p̄ quem timoris pariter ac pietatis inconfusa distributio fieret. **In** primo siquidem illo parentum nostrorum peccatores etiam autores. scilicet **Eua**. **diabolus**. et **Adam** extiterunt. **Sed** tria trib⁹ manifeste defuerunt. scientiam non habuit **Eua** quia sicut apostolus ait. in p̄uaricationem est seducta. **Verum** h̄ serpenti callido non defuit quidem. sed pietatem nō habuit malignus. qui homicida nimirum ab initio fuit. **Adam** hō pius forte videtur mulierē non contristādo sed timorem dñi dereliquit. eius vo-

ci potius q̄ diuine obediendo. **In** his igitur tribus. s. timore pietate scientia mediator deo nos recōciliauit. **Nā** in solo consilio et fortitudine. de manu aduersarij liberauit. **Consilio** siquidem hostem pristino iure p̄uauit. data potestate vt ino-centi manus inijceret. fortitudine p̄uauit. ne redemptos violenter retinere posset. dum victor ab inferis redijt et omnium vita cum eo surrexit. et inde pane vite nos cibabat et intellectus. et aqua scientię salutaris nos potat. **Est** enī intellect⁹ rerum sp̄ualium verus animę panis. cor nostrum confirmans et ad oē opus bonū roborans. **Carnalis** autem homo qui non percipit ea que sunt spiritus dei. s. stulticia videt ei. gemat et lugeat ac dicat. **Aruit** cor meum quia oblitus sum comedere panem meū. **Quid** enī verius q̄ iugum Christi esse suaue homini seculari. appone et vide si non reputabit lapidem potius q̄ panem. **Et** tamen huius veritatis intelligentia viuunt anima. sed donec sapiat veritas non facile traicit ad interiora. **Ubi** hō iaz homo i ea delectatur. non iam cibus est sed potus et ad animaz sine difficultate ingredit. q̄ videlicet sp̄ualis intelligentię cibus potu scientię digeratur. ne ipsius interioris hōis artubus. id est. affectib⁹ siccitate laborantib⁹ oneri magis sit q̄ utilitati. **Ex** oibus ergo que saluādis erāt p̄p̄tis necessaria nihil penitus saluatori defuit. **Ipse** est enī flos de quo **Esaias** p̄cinit. **Requiescet** super eū spiritus domini scientię et scientię zc. **In** nobis autem quia nō oīno supior est. nō requiescit spiritus. carne nimirū et spiritu contra se repugnantib⁹. **A** quo nos conflictu liberet in quo nihil simile fuit nouus homo qui veram nostrę carnis originez sed vetus fermentum concupiscētię non suscepit.



**D**e erroribus vitandis in fide  
christi. Leo papa vbi supra.  
Capitulum XLV

**M**agnitudo certe sacramenti in salutem humani generis ante secula eterna dispositi. et si sine seculorum referati integritate sue nec auferri patitur aliquid nec augeri. et sic propria non amittit. sic aliena non recipit. In eo quidem ipso quod digne non potest explicari semper exuberat ratio differendi. non quia liberum sit diuersa sentire. sed quia dignitati materie nulla potest lingua sufficere. Multi vero suarum opinionum sequaces. et quod non dum intellexerat docere quam discere paratiores circa fide naufragauerunt. quorum prauas compugnantesque sententias breuiter perstringam. ut errorum tenebris a veritatis luce discretis et religiose honorentur diuina beneficia. et scienter caueantur mundana mendacia. Quidam enim ex documentis natiuitatis domini qui verum hominis filium eius ostendunt nihil amplius quam hominis filium crediderunt non putantes quod illi ascribenda deitas esset. quam et infantie premordia et incrementa corporea et passionum crucis mortisque conditio non dissimilem ceteris mortalibus approbasset. Alii vero virtutum admiratione permoti et originis nouitatem et dictorum factorumque potentiam ad diuinam intelligentes naturam pertinere. Nihil enim putauerunt esse nature substantie. totumque illud quod corpe fuit actionis et forme aut de sublimioribus prodysse generis materia simulatam carne carnis speciem habuisse ut videntium et tangentium sensus ludificatoria falleret imagine. Fuit autem in quibusdam errantibus etiam illa persuasio qua conarentur asserere ex ipsa verbi substantia quiddam in carne fuisse conuersum. natoque Iesu de Maria virgine nihil matere fuisse nature. sed quod erat deus et quod erat homo

utrumque ad id quod verbum est pertinuisse. ut scilicet in Christo per diuersitates substantia falsa fuerit humanitas. et per defectum mutabilitatem non vera deitas.

**I**dem in octauo. Alii vero Christo domino solam humanitates. alii solam ascribere deitatem. Alii vero deitatem quidem in ea veram sed carnem dixerunt fuisse simulatam. Alii professi sunt veram eum suscepisse carnem. sed dei patris naturam non habuisse eiusque deitati que erant humane substantie deputates maiorem sibi deum minoremque finierunt. cuius gradus esse non possunt in vera diuinitate. quia quicquid deo minus est. deus non est. Alii cognoscentes patris et filii nullam distantiam esse. quia non poterant unitatem deitatis intelligere. nisi in unitate personarum eundem asserunt patrem quem filium esse et nasci et nutrirum pati et mori se peliri et resurgere ad eundem pertinere. quod per omnia et hominis et verbi personam implet. Quidam vero putauerunt non nostre substantie corpus habuisse Christum sed ab elementis superioribus ac subtilioribus sumptum. Quidam estimauerunt animam in eius carne non fuisse. sed anime partes ipsam verbi deitatem implese. Quorum in hoc transit impudetia. ut animam fauerentur quidam in domino fuisse. sed eandem dicerent mente caruisse quia sufficeret homini deitas sua ad omnia rationis officia. Idem tenique presumpserunt asserere quod verbi pars quedam in carnem fuerat conuersa et in vnius dogmatis varietate multiplici non carnis tantum animeque natura. sed etiam ipsius verbi solueret essentia. Multa quoque sunt alia falsitatum huiusmodi prodigia.

**D**e nominatis heresibus contra Christum Cap XLVI

**F**ides ergo catholica  
f. Oblatantium hereticoz spermat



errores. qui mundanę sapientię vanitate decepti recesserunt ab euangelio veritatis et intelligere non valentes incarnationem verbi. de causa illuminatiõis fecerunt sibi materiã cecitatis. Nam fere omnium falsa credentium retractatę opinionibus quę in negatione corruunt sancti spiritus neminem pene cognoscimus deviasse. nisi qui duarum in Christo naturarum veritatem non credidit sub unitate persone. **Ex diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum.** Credimus ergo quod solus filius ex tribus personis carnem assumpsit. ne filij nomen ad alterum transiret qui natiuitate filius non esset. Itaque factus est hominis filius secundum veritatem nature. natus ex deo dei filius secundum veritatem nature. natus ex homine hominis filius. ut veritas geniti non adoptione. non appellatiõne. sed utraq; natiuitate filij nomen haberet nascendo. et vnus filius esset verus deus et verus homo. Non ergo duos dicimus Christos neque duos filios. sed deum et hominem vnum filium. et ob hoc vnigenitum manentem in duabus substantijs. non confusis naturis. nec in mixtis ut Timothimani volunt. sed societate unitis. De igitur hominem assumpsit. homo in deum transiit. non ut tertulliani et apollinariste dicunt versibilitate nature. sed dei dignatione. ut nec deus in humanam substantiam verteretur homines assumendo. nec in diuinam glorificatus in deum homo. quia mutatio seu versibilitas nature diminutionem et abolitionem facit substantię. Natus est ergo dei filius ex homine non per homines. id est. non ex viri coitu sicut Hebron dicit. sed carnem trahens ex virginis corpore. non de celo secus afferens ut Martion. Origenes et Eutices asserunt. Nec in phantasia. id est. absque carne sicut ait Valentinus. Nec imagnatum putatiue. sed verum corpus. Nec caro tantum ex carne sicut dicit Martinia-

nus. sed verus deus ex diuinitate. et homo verus ex carne. vnus filius verbum patris in deitate anima et caro in homine. animam quidem non absque sensu et ratione habuit ut apollinaris ait. neque absque anima carnem. ut Eunomius fingit. sed animam cum ratione sua et carnem cum sensibus suis per quos sensus veros in passione sua et ante passionem carnis sue dolorem sustinuit. neque sic ex virgine natus est. ut initium deitatis homo nascendo acceperit. quasi antequam ex virgine nasceretur deus non fuerit. sicut docuerunt Archemon et Berillus atque Marcellus: sed eternus deus. homo ex virgine natus in homine suo manens. deus adoratur ab angelis. et ab omni creatura sicut pater et spiritus sanctus. Non homo propter deum vel Christum cum deo. sicut blasphematur Nestorius. sed homo in deo et in homine deus.

**De sana fide catholicorum. Leo papa de natiuitate domini in sermone. viij. Cap. XLVII**

**I**lle siquidem verus est dei venerator et pius cultor qui nec de incarnatione ipsius aliquid falsum. nec de deitate dei sentit aliquid indignum. Peris enim periculi malum est. si ei aut nature nostre veritas. aut paterne glorie negatur equalitas. In utraq; ergo natura idem est dei filius nostra suscipiens et propria non amittens homines in homine renouans. incommutabilis in se perseverans. **Idem in decimo.** Itaque predictas impietates hereticas inspiratione diaboli conceptas. et in multorum noxam per vasa perditionis effusas. olim catholica fides cui deus et magister est et auxiliator obtriuuit exhortante et instruente spiritu sancto per legis testimonia et prophetarum vaticinia. per euangelicam tubam applicans



## Liber

doctrinaz vt constantē credimus. qz verbum caro factum est z habitauit in nob. **V**idete inquit apostolus ne q̄s vos recipiat per phiam z inanem fallaciā fm traditionem hominū z non fm **C**hristū quia in **C**hristo habitat oīs plenitudo diuinitat̄. **I**dem in q̄nto. **E**t si liquidē q̄ dei fili⁹ q̄ cū patre et sp̄sctō vnus essentiē particeps fieri voluit humilitatis z mortalitat̄ nostrē tam sacramentum est tamq̄ mirabile vt ratio diuini consilij sapientibz mundi patere nō possit. nisi humanę tenebras ignorantie lux vera discussit. **N**on enī in opere solo virtutum. aut in obseruantia sola mandatorū. sed etiā itra septa fidei. angusta z ardua est via que ducit ad vitam. magniqz laboris ē magniqz discriminis int̄ dubias impiorum opiniones z verisimiles falsitates per vnaz sane doctrinę semitam in offensis gressibus ambulare. z cum vndiqz se laquei erroris opponāt omne piculū deceptiōis euadere. **Q**uis autem ad hoc idoneus nisi qui sp̄ū dei z docetur z regitur. **V**nde apostoli voce dicitur: **N**on spiritū huius mūdi accipimus sed spiritum qui ex deo ē. vt sciamus que a deo sunt nobis data. **V**atētes igitur inter erroris pericula veritatis p̄sidia nec humanę sapientie verbis s̄ sp̄s sancti eruditi doctrina quod didicimus credim⁹. quod credim⁹ p̄dicam⁹ dei filium a patre ante secula genitum. eiqz consubstantiali equalitate coeternū in hunc mundū venisse per virginis uterum. in qua z ex qua sibi sapiētia domū edificauit. formāqz serui in similitudinē carnis pcti sibi met coaptauit ex q̄ nec diminutionē nec varietatem eius natura recepit. p̄pter nostram quidez infirmitatem ī capacibus suis se extenuauit z corporis velamine splendorez maiestati sue quem visus hominū non ferebat obterit. vñ z exinanisse se dicitur tanq̄ se p̄pria virtute vacauerit. dum non soluz pa-

tre. sed etiam seipso factus est inferior in ea hūilitate qua nobis consuluit. **N**ec aliquid ei recessit hac indignatione cui cum patre z spiritus sancto hoc quod est esse cōmune est. vt hoc ipsuz intelligam⁹ ad oīpotentiā pertinere. qz qui fm nostra minor est. fm p̄pria minor nō est. **Q**uia enī lux ad obsecatos. virtus ad imbecilles. mīa respexit ad miserol. d̄ magna factum est potestate vt filius dei substantiam humanāqz causam susciperet. quia z naturam quam condidit reformaret z mortem quaz non fecit aboleret. **R**epudiatis igitur longe qz reiectis oībus opinionibus impiorū. quibus autem stulticia est crux **C**hristi. aut scandalū exaltet rectarum fides mentiū. z verū vnūqz dei filium intelligat fm deitatem a patre genituz z fm hūanitatē ex matre virgine natum. sem piternū in suis. tempora lem in nostris. **I**n assumptione liquidē nostrē nature factus est nobis gradus q̄ per ipsum ad ipsum possum⁹ ascendere. **Q**uia illa esse natura que semper vbiqz tota locali descensione non eguit. z tam ei. p̄prium fuit hūanitati inferi. q̄ ei p̄prium est a patre non diuidi. vnde q̄ videt inquit me. videt z patrem. **I**dem in nono. **V**tramqz quidem eius substantiam dicimus in vnā puenisse personam cui nisi fidel credat. sermo nō explicat. **E**t iō nūqz defici materia laudis qz nūqz suffic copia laudatorū. **C**ū autē nrē salutē altitudinē p̄mere nō valēm⁹. sentiam⁹ nob bonū esse q̄ vincimur. **N**emo enī ad cognitionem veritatis magis p̄pinquat q̄ qui intelligit in rebus diuinis etiam si multum p̄ficiat. semper sibi superesse quod querat. **Q**uia qui se ad id quo tēdit peruenisse p̄sumit. nō que sita reperit sed in inquisitione deficit. **N**e autem infirmitat̄ nostrē angustijs p̄turbemur. eu angelice nos z p̄peticę adiuuant voces. quibus ita accendim⁹ z docemur vt non natiuitatē dñi. qz verbuz



caro factum est. tam preteritam recolere  
q̄ presentem videamus inspicere.

**Qualiter veritas de terra orta  
est. Augustinus in sermone  
de natiuitate domini.**

## Capitulum XLVIII

**E**cce impleta ē prophe-  
tia que dixit: Veritas de ter-  
ra orta est. et iusticia d̄ celo pro-  
spexit. Veritas que ē in sinu patris de  
tra orta ē vt esset etiā in sinu m̄ris. Veri-  
tas qua mundus continetur de terra or-  
ta est vt f̄mineis manib⁹ portaret. Veri-  
tas quia beatitudo angelorū incorru-  
ptibilis d̄ terra orta est. vt carnalib⁹ vbe-  
ribus lactaretur. Veritas cui celus non  
sufficit. d̄ terra orta est. vt in presepi po-  
neretur. Et iusticia de celo prospexit. ne  
sibi eam mortalis infirmitas arrogaret  
et se homo a seipso iustificari credens ius-  
ticiaz dei sui recusaret. Sic enim iudci  
superbi dei iusticiam ignorātes. suamq̄  
statuere volentes iusticie dei non sūt sb-  
iecti. Factus est ergo nobis Christus ius-  
ticia et sanctificatio et redemptio. vt qui  
gloriatur gloriē in d̄no. Veritas itaq̄  
de terra orta est. id est. Christus qui di-  
cit: Ego sum veritas. ex virgine natus ē  
et iusticia de celo habita est. quia credēs  
in eū qui nat⁹ est nō homo a seipso sed  
a deo iustificatus est. Veritas de terra  
orta est. quia verbum caro factū est. Et  
iusticia de celo prospexit. quia omne da-  
tum optimuz. et omne donuz perfectum  
de sursum est. Veritas de terra orta est.  
quia de Maria caro. et iusticia de celo p-  
spexit. quia nō potest quicq̄ accipere ho-  
mo nisi datum fuerit ei de super de celo.  
Iustificati igitur ex fide. pacem habea-  
mus ad deuz. quia iusticia et pax oscula-  
te sunt inuicem per d̄nm nostrum Iesuz  
christum. quia veritas de terra orta ē. p-  
quam accessum habemus in gratiā istaz

in qua stamus et gloriāmur in spē glorię  
dei. Non ait glorię nostrę sed dei. quia  
iusticia non de nobis processit sed de ce-  
lo prospexit. Ergo qui gloriatur non in  
se sed in domino gloriatur. Hinc enī ex  
virgine nato domino preconiu factum  
est angelicę voc: Gloria in excelsis deo.  
et in terra pax hominib⁹ bonę voluntat̄.  
Nam et ipse qui est veritas orta de terra  
est vtiq̄ pax nostra qui fecit vtraq̄ vnū  
vt essem⁹ homines bonę voluntat̄ sua-  
uiter conneri vinculis charitatis et vni-  
tatis. **Leo papa in sermone d̄  
natiuitate domini. iiii.** Et vide  
q̄ primus homo de terra substantiā car-  
nis accipiens rationali spiritu per insuf-  
flationem creantis animatus est. vt ad  
imaginem et similitudinē auctoris sui vi-  
uens formam dei bonitatis atq̄ iusticie  
in splendore imitationis tanq̄ in speculi  
nitore seruaret. Quā natē suę speciosissi-  
mam dignitatem si per obseruantia legi-  
datę perseuerater excoleret ipsam illam  
terreni corporis qualitatem ad celestem  
gloriam mens incorrupta pduceret. S;̄  
quia inuido et deceptorū temere atq̄ in-  
felicitate credidit et superbię consilijs ac-  
quiescens repositum honoris augmentū  
occupare quā mereri maluit. nō solū ille  
homo. sed etiam vniuersa in illo posteri-  
tas eius audiuit: Terra es et in terram  
ibis. Qualis ergo terren⁹ tales et terre-  
ni. et nemo immortalis quia nemo celestis  
Ad hūc itaq̄ peccati mortisq̄ vinculis  
resolueduz. omnipotens dei filius huma-  
nam in se naturam suscipiens dignatus  
est vnus esse mortaliū matre sibi quam  
fecerat electa que salua integritate virgi-  
nea. corpore tamē ministra esset substan-  
tię vt humani seminis contagio cessan-  
te. nouo homini et puritas inesset et veri-  
tas. In hac ergo Christi natiuitate. ve-  
ritas d̄ terra orta est. Et illa etiāz Esaię  
pphia cōpleta ē. Producat tra et ger-  
minet saluatorē. et iusticia oriatur simul



Terra quippe carnis humane que ma-  
ledicta fuerat i primo fruicatore. in s-  
solo beate virginis partu germen edidit  
benedictum 7 a vitio sue stirpis alienuz.  
**Q**uius spiritalem originem in regenera-  
tione consequitur 7 omni hoī renascen-  
ti aqua baptismatis instar est vteri vir-  
ginalis eodem spiritus sancto replēte fon-  
tem qui replenit 7 virginem. vt pecca-  
tum quod ibi vacauit sacra conceptio  
hic mystica tollat ablutio.

**D**e plenitudine temporis in  
quo nasci voluit. **Ho.** sup epi-  
stolam ad Gal. iij. cap.

## Capitulum XLIX

**Q**uerentibus autem cur  
ante christus non venit. **R**espo-  
ndēdū est quia nondū venerat  
plenitudo temporis illo moderante qui  
tempora cōdidit. **S**ciebat enī quando  
debebat venire vel etiam pati ceteraqz  
facere. ante tamen premittēda longa p-  
conij series erat quia non aliquis paru-  
sed magnus venturus erat. diu p-  
dicē-  
dus semper tenendus. **U**nde dicit apo-  
stolus: **U**bi venit plenitudo temporis  
misit deus filium suū factum ex muliere  
factum sub lege. **P**lenitudo quippe tē-  
poris est tempus completum quo a deo  
patre fuerat p-  
finitum quando mitte-  
ret filiu. vel temporis plenitudo temp-  
gratie dicitur. quia deus in eo plene spi-  
ritus sancti dona largitur 7 que de **C**hri-  
sto p-  
dicta fuerant implentur. **L**eo  
papa in sermone de natiuitate  
domini. iij. **C**essent igitur illoꝝ que-  
rele qui impio murmure diuinis dispen-  
sationibz obloquentes de tarditate cau-  
santur tanqz p-  
teritis temporibz nō sit  
suspensum qd in vltima mūdi etate sit  
gestum. **H**oc enī incarnatio verbi con-  
tulit faciēda quod facta. 7 sacramentū  
salutis humane nulla cessauit antiqui-

tate. quod apostoli p-  
dicauerūt. hoc p-  
phetę annūciauerut. nec sero est impletū  
quod semper est creditū. **S**apientia ho-  
7 benignitas dei hac operi salutiferi mo-  
ra capaciores nos sue vocationis effecit  
vt quod multis signis ac multis vocibz  
multisqz mysterijs per tot fuerat secula  
nūciatum: **I**n his diebus euangelii nō  
eēt ambiguū. 7 natiuitas oīa mirabilia  
omnēqz intelligentię mensuram excessu-  
ra tanto constantiorē in nobis fidem  
gigneret. qnto p-  
dicatio eius 7 antiqui-  
or 7 crebrior p-  
cessisset. **N**on itaqz nouo  
consilio de humanis rebus nec sera mi-  
seratione consulnit. sed a constitutione  
mundi vnam eādēqz omnibus cau-  
sam salutis instituit. **G**ratia enim dei q-  
semper est vniūsitatis sanctorū iustificata  
aucta est **C**hristo nascente non cepta. et  
hoc magne pietatis sacramentū quo to-  
tus iam mundus impletus est. **T**am po-  
tens etiam in suis significatiōibz fuit vt  
non minus adepti sunt qui in illud cre-  
didere promissum qz qui suscipere do-  
natum. **Q**uā quidem 7 si multis inerat  
amor veri. tamē incertarū opinionū va-  
rietas fallentiū demonū astutia decipie-  
batur. 7 scientia falsi noīs in diuersas cō-  
pugnantēsqz sententias humana igno-  
rantia trahēbatur. **A**d hoc ludibriū au-  
ferendum quo mentes captiue diabolo  
seruiebant. nequa qz doctrina legalis suf-  
ficiebat. nec per solas corroboratiōes. p-  
pheticas natura nostra reparari poterat. sed  
erat adiicienda veritas redēptiōis mo-  
talibus institutis 7 originem ab initio  
corruptam renasci nouis oportebat eroꝝ  
dijs. **U**t igitur ad eternam beatitudinē  
a vinculis originalibz 7 a mūdānis reuo-  
caremur erroribus. ad nos ipse descēdit  
ad quem ascēdere nō poteram. **O**fferē-  
da siquidem erat pro reconciliandis ho-  
stia que 7 nostre contaminationis esset  
aliena. venit p hoc dei. ppositū quo pla-  
cuit i **C**hristi vnitāte ac passiōe mūdi



desere peccata. Ad omnia pertineret se-  
cula generationū. nec nos turbarent sed  
potius confirmarent mysteria pro tem-  
pore variata et fides qua vivimus nulla  
fuerit etate diuersa.

**De tempore pacis sub Augu-  
sto sub quo nasci voluit. Glo.  
super Lucam. Cap. L**

**D**Enique pacatissimo tem-  
pore Christus nasci voluit quia  
pacez magnopere quesitit. ip-  
seque pacis amatores semper inuisit.  
Voluit etiam ut discipuli sui quos ad  
predicandum missurus erat. quocumque  
vellent transire possent securi et ab imine-  
nti seditionū feruore tremēda nois vni-  
bra protegerent romani. Augustus itaque  
duodecim annis circa natiuitatē Christi  
tempus in pace regnavit. ut etiam ad lit-  
teram completum videatur illud ppe-  
ticum: Conflabunt gladios suos in vo-  
meres et lanceas suas in falces. nec leua-  
bit gens contra gentem gladius. nec ex-  
ercebuntur ultra ad pugnam. Tunc erit  
edictum a cesare Augusto. ut describeret-  
ur vniuersus orbis. sub censu videlicet  
persoluendo. Ecce quietissimū et paca-  
tissimū erat regnum. quod vna descriptio-  
ne conclusit totum mundus. Jam qui-  
dem diuersis temporibus plerique terra-  
rum partes leguntur descripte. sed hec  
est prima que tota dilatata ē orbe. Pro-  
pterea hoc census datus est ut rex homi-  
nū numerū regni que sciret magnitudines  
Denarius quidem decem nūmos vsua-  
les videlicet habēs. cesari dabatur. qui  
et eius nomine titulabat. Hinc quoque  
pncipiū facta est iudea romanis stipē-  
diaria. Unde dicit euangelista que hec  
descriptio siue professio prima facta est  
a pefide syrie Cyrino. In syria namque  
iudea media est et quasi vmbilicus toti-  
us terre est. Censui ergo pmi in medio

terre exigebatur. ut inde postmodū vsque  
ad terre fines exigeretur ac redderetur.

**Gregorius in omel. Quid est  
autem quod nascituro dno mundus descri-  
bitur nisi quod apte ostenditur quia ille ap-  
parebat in carne qui electos suos ascri-  
beret in eternitate? Quo contra de re-  
probis per pphetam dicitur: Deleantur  
de libro viventium et cum iustis non scri-  
bantur. Beda super Lucam.**

In ipso quoque vere nomen implet Augusti  
qui suos augere sufficiens. se cen-  
sorem sue professionis signare precepit.  
non oblatione pecunie sed fidei. Dum  
ergo professio secularis obtendit spūa-  
lis impletur. **Glo. vbi supra. Si  
quidem et multe gentes erant in orbe  
quibus non imperabat Augustus. Et or-  
bis vniuersi nomine Christi regnū exp-  
mitur qui erat in creatur omnibus. Quis  
enim totius orbis professionē exigere po-  
terat nisi qui toti orbis imperiū habebat?**

**Beda vbi supra. Juxta litteras  
autem Christi humilitas comendatur  
qui non solum incarnari sed etiam illo tē-  
pore voluit nasci. quo mox natus censui  
cesaris. propter liberationem subderetur.**

**De loco dominice natiuitatis.  
Glo. vbi s. Capitulum LI**

**H**ibi vero concipi voluit  
alibi nasci. ut insidiantis He-  
rodis furorē facilius euade-  
ret. In naçareth enī conceptus. in beth-  
leem natus est. Cum enim irent omnes  
ut profiterentur singuli in suaz ciuitatē  
Ascendit et Ioseph ex familia David cū  
Maria sibi desponsata de naçareth ga-  
lileez in iudeam ciuitatē David que vo-  
catur bethleē. Vbi quippe virgo profi-  
teretur nisi vbi Christus nasceretur?

**Gregorius vbi supra. Bethleem  
hoc domus panis interpretatur et ipsius  
Christi voce dicitur: Ego sum panis**



uiu? q̄ de celo descendi. **L**ocus igit̄ in q̄  
 dñs nascitur domus panis ante vocat̄  
 est. quia profecto futurū erat vtil̄ le ibi p̄  
 naturam carnis appareret qui mētes ele  
 ctozū in terna facietate reficeret. **Ber  
 nardus in sermone de vigilia  
 natiuitatis dñi.** Vide quoq̄ iux̄  
 litteram eius dignationē quia non ī hie  
 rusalem regia sed in bethleem nasci vo  
 luit que mima est in p̄ncipibus iuda. **O**  
 bethleem parua sed magnificata iam a  
 dño qui fact̄ est in te paruus ex magno  
**Quē** tibi siquidē ciuitas aut p̄ciosum  
 illud stabulum aut p̄sep̄ij gloriā nō  
 inuideat: vbiq̄ gloriola dicunt̄ de te  
 ciuitas dei. vbiq̄ psallitur q̄ homo nat̄  
 est in ea. et ipse fundauit eam altissimus.  
 p̄dicatur inq̄ et clamatur vbiq̄ qz Je  
 sus christus filius dei natus est in beth  
 leem iude. **N**ec ociosum est quod addi  
 tur: per hoc enim eius que ad patres re  
 promissio facta est admonetur: **Nō** au  
 feretur sceptrum de iuda. **J**uda inquit  
 te laudabunt fratres tui zc. que de illo  
 nusq̄ legimus iuda. sed in **Ch**risto vi  
 demus impleta qui est leo d̄ tribu iuda  
**A**d p̄dam quippe magnus ille p̄da  
 tor ascendit qui pāq̄ sciret vocare pa  
 trem aut matrē samarię spolia diripuit  
**M**agnus p̄dator qui ascendens in al  
 tum captiuitatē captiuam duxit. nec ta  
 men quicq̄ abstulit sed ipse magis dona  
 hominibz dedit. **H**as igitur et similes p̄  
 phetias in **Ch**risto completas. de illo si  
 quidem p̄dictas ad mentem renocat  
 qd̄ dicitur bethleem iude. **N**ec oino est  
 querere vtrum a bethleem possit aliquid  
 boni esse. **E**x hoc sane dicimus etiā quē  
 admodū suscipi velit qui in bethleem na  
 sci voluit. **E**rat enī qui forsitan ei subli  
 mia querenda esse palacia arbitraretur  
 vt cū gloriā rex glorię susciperet. sed nō  
 p̄pter hoc dei filius a regalibus illis se  
 dibz venit. **A**dorna ergo thalamū tu

um sion. sed humilitate. sed paupertate  
**I**n his enī pannis cōplacet sibi et **W**a  
 ria testimoniū perhibente. sericis his de  
 lectatur innolui. **C**onsidera deniq̄ q̄ ī  
 bethleem iude nascatur. et sollicitus esto  
 quomodo bethleem iude inueniar. et iā  
 nec in te suscipi dedignatur. **T**u quidez  
 si diuini verbi pabulo tuam animaz re  
 pleas fideliterq̄ et si non digna certe q̄n  
 ta potes deuotione. panem illum qui de  
 celo descendit dñicum scilicet corp̄ sus  
 cipias. si deniq̄ ex fide viuas factus es  
 bethleem. dignus plane dñica susceptio  
 ne. si tamen confessio non defuerit quaz  
 sonat nomen iude. **S**it proinde iudea  
 sanctificatio tua: confessionem et deco  
 rem induere que maxime stola **Ch**risto  
 in ministris suis est accepta. **U**trumq̄  
 tibi cōmendat apostolus: **C**orde inqui  
 ens creditur ad iusticiam ore autem con  
 fessio fit ad salutem. **I**usticia siquidem  
 in corde panis in domo accipitur. qz bea  
 ti qui esuriunt et sitiunt iusticiam. quoni  
 am ipsi saturabunt. **S**it ergo in corde  
 iusticia q̄ est ex fide. **H**ęc enī sola apud  
 deum habet gloriā. si etiam in ore con  
 fessio fuerit ad salutem. et securus iam il  
 lum suscipe qui natus est in bethleem iude

**D**e admirabili partu virginis  
 Augustinus in sermone de na  
 tiuitate dñi. **Cap** **LII**

**V**irtutes quoq̄ dñi pro  
 bat ordo nascendi. dum vir  
 go concepit virilis ignara con  
 sortij. virgoq̄ grauida peperit. et virgo  
 post partum permansit. **P**reclara qui  
 dem illa virginitas et gloriola fecundi  
 tas. **N**ascitur mundi virt̄ et nullus pa  
 nientis est gemitus. vterus vacuatur. in  
 fans excipit. nec tñ h̄gitas violat. **F**as  
 enī fuit vt dño nascēte fm carnē ex v̄to  
 h̄ginis meritū cresceret castitat̄. ne p̄ ei?



aduentū violarent integra qui venerat sanare corrupta. puer itaq; nascitur. in presepio ponitur. **M**aria stat. et matrem se gaudens miratur. nec quia peperit in nupta terretur. sed de spiritu sancto se potuisse letat. **Q**uid est ergo miraculi fratres? **M**aximus in sermone de eodem. **N**ascitur caro de carne. non tamen per carnem generata. sed secreto quodam et incōprehēso conceptu procedit de mortali femina progenies diuina. **R**ec mirum si matrem illam non violauit partus quam non federauerat coitus? **A**it enim ille futurorum conscius signū noue salutis aperiens populis et gentibus: **E**cce virgo concipiet et pariet filium et cetera. **A**it etiam **L**ucas euangelista. **D**issus est angelus **G**abriel a deo ad virginem desponsatam. **E**t ait ad illam: **E**cce concipies et paries filium et vocabis nomen eius emanuel. **E**cce qualiter inter se concordantibus sententijs utriusque testamenti. diuina testimonia confirmant. et partum virginis quē ppheta p̄dixerat euāgelista testatur. **Q**uis ergo de natiuitate **C**hristi ambigat. quem et **E**saïas profitetur deum. et **G**abriel saluatorem annunciat? **Q**uis aliuū intactę puerpę dubitet floruisse quōd vno pene ore cordisque spiritu proloquitur euangelista angelus et ppheta? **U**bi tanti talesque testes inueniuntur non erubescit veritas. sed auditor incredulus confutatur. **I**dem de eodem. **I**deo homo de **M**aria natus est nobis dei filius ut nobis a se creati et pietatem paternā et fratnū largiret affectus. **B**ermana quidem carnis nostre conceptione. p̄ductus ab intacta sane femina natus est. ut eum pariter et hominē testaretur partus humanus. et deū virginitas materna p̄baret. **N**am sicut non potest nisi caro nasci de carne. sic nō poterat dei caro de utero femineo nisi sine generante prodire. p̄pter quod ait angelus **M**arię: **S**pūs sanctus superueniet in te et vir

tus altissimi obūbzabit tibi. et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. **T**u homo quicūque es supernę dispensationis arbiter et dissensor. dic quę tibi videtur virtus eminentior: partu virgini dedisse. aut perfectum hominē de terra creasse? **P**rimus enim homo de terra terrenus. **S**ecundus de celo celestis ut ait ap̄tus. **P**orro si contra naturam contendis eē quod in mysterio redēptiōis nostre puella sine viro asseritur concepisse: **C**uius quęro nature est quę in parente generi nostri caro sine carne formata est? **Q**uę est ista ratio. imo tam cęca contentio ut nō credatur deus hominem de femina posse facere quem creditur fecisse de puluere? **D**enique si omnipotentis in tali negotio voluntatem esse consideras de opere cur retractas? **V**ia namque sicut dicit scriptura quęcumque dñs voluit fecit in celo et in terra.

**C**ur dominus in hyeme nasci voluit et in nocte. **C**hrystostomus in sermone de natiuitate beati **J**ohannis. **C**ap. LIII

**N**atus est autem dominus in hyeme. scilicet in mense decēbris tempore quo mature oliuę premuntur. ut vnctio. id est. chrisma nascatur. cum etiam agni balantes nascuntur. **B**ernardus in sermone de natiuitate dñi. iij. **N**atus est hyeme natus est et nocte. **Q**uoniam casu credimus factum eē ut in tanta aeris inclementia et in tenebris nasceretur. cuius hyems et estas. et dies et nox esse noscuntur? **I**pse certe cuius esset dei virtus et dei sapientia nasciturus ex virgine cuius erat in arbitrio quodcumque vellet tempus eligere. elegit quod molestius est. p̄sertim paruulo et pauperis matris filio quę vix haberet pannos ad inuoluendū. p̄ sepe ad reclinandū. et cuius tāta nēcitas



esset. nullam audio mentionē fieri pellis.  
**P**rimus Adam pelliceis vestit tunicis  
 secundus obuoluit pannis. Non est ta  
 le iudiciū mūdi. aut iste fallitur aut mū  
 dus errat. sed diuinā impossibile est sa  
 pientiam falli. merito proinde mors est  
 prudentia carnis. siquidem et ipsa ē deo  
 inimica seculi quoq; prudentia noiatur  
 stulticia. **Q**uid enī? **U**triq; q non fallit  
**C**hristus elegit quod est carni molesti?  
**A**d ergo melius id vtilius id potius eli  
 gendū ē. et quisq; aliud doceat vel sua  
 deat ab eo tanq; a seductore cauendū.  
**I**am hō nasci voluit etiam nocte. Et  
 vbi sunt qui tam impudenter semetip  
 sos gestiunt ostentare? **E**cce Christus  
 elegit quod salubrius indicat. vos autē  
 eligitis quod ille reprobat. **Q**uis pru  
 dentior e duob;? **A**ui? sn̄a sanior et iu  
 diciū iusti? **I**dē in. iij. **T**u q sequit  
**C**hristū inuētū abscondē thesaurū. **S**a  
 ne natiuitatē dñi dies erat breuis et terre  
 latitudo angusta. sed eius solēnitās lo  
 co pariter et tempe dilatata. **N**octē pre  
 occupauit celum anteq; terraz repleuit  
**N**ox enī vt dies illuminata est. cum in  
 tēpēste nocti hora pastores circūfussit de  
 celo lux noua. **E**t vt noueritis quo loco  
 solennitatis hui? ceperit gaudia celebra  
 ri. quod iam erat angelis gaudiū eu an  
 gelicatur oī pplo futurū. **S**ed et confestū  
 adest diuinis personans laudib; multi  
 tudo celestis exercitus. **H**inc est q solē  
 nis ducitur nox ista pre ceteris in psal  
 mis et hymnis et canticis spiritualib;. et his  
 potissimū in vigilijs indubitant creden  
 dum est illos celestes preuenire coniu  
 ctos psallētib; in medio tympanistriaz  
**A**ugustinus super ps. **D**e enī no  
 ctu natus sit dñs ex utero virginis indi  
 cat testimonia pastoꝝ qui tunc custodie  
 bat vigilias noctis super gregem suum.  
**G**regorius in moral. li. xxix.  
**D**eus itaq; pater vt scriptura dicit. luci  
 ferum in tempe suo produxit. quia cum

venit plenitudo tempis filiū suū in mū  
 dum misit. **Q**ui natus ex virgine velut  
 lucifer inter tenebras noctis apparuit. qz  
 fugata peccati obscuritate nobis eternū  
 mane nūciauit. **L**uciferū hō se inotuit.  
 quia diluculo ex morte surrexit. et lumis  
 sui fulgore mortalitatis nostre tetram ca  
 ligine pressit. **V**esperum autē sup terre  
 filios cōsurgere dñs facit. quia iudeoꝝ  
 infidelibus cordibus antichristū dñari  
 merito eorum exigente permittit.

**C**ur infantiles miseras voluit  
 subire. **H**ylarius de trinitate.  
**C**apitulum LIII

**Q**ueterum vnigenitus dei  
 qui oīa cōtinēs imago dei in  
 uisibilis existēs pro salute nra  
 naturam in se carnis accepit. pudorē hu  
 mani exordij non recusauit. sed per con  
 ceptionē partū. vagitū. cunā. oēs natē  
 nostre contumelias transcurrit. **H**ec li  
 quis certe indigna deo recoluerit. tanto  
 se maioris obnoxiiū confitebit beneficij.  
 qnto minus hec cōueniūt dei maiestati  
**H**ieronymus cōtra **V**elui  
 dium. **I**taq; si describat infans **J**e  
 sus regimie mēbranoꝝ solito inuolutus  
 ingerantur dira p̄sepia et paruuli vagi  
 tus. octaua die circūcisio. non erubesci  
 mus. non silem?. **Q**uo hūiliora sūt que  
 pro me passus est. tanto illi plus debeo.  
 et cū oīa replicaueris nihil cruce profere  
 ptumeliosius quā. p̄fitemi et credimus et  
 in qua de hostib; triumpham?. **A**u  
 gustinus in sermone de natiuita  
 te dñi. **I**taq; iacebat in p̄sepio ptinēs  
 mūdū. et infans erat et verbū. quē celi nō  
 capiūt vnus fēmine sinus ferebat. et in q  
 sum? ipsa portabat. **M**anifesta infir  
 mitas et mira humilitas. in qua sic latuit  
 tanta diuinitas. matrem cui subiacebat  
 infantia. regebat. potentia autem eā cu  
 ius vbera sugebat veritate pascebat.



Perficiat igitur in nobis sua munera quae sumere non abhorruit etiam nostra primordia. et in se nos faciat dei filios qui propter nos fieri voluit hominis filius. **Bern.** in sermone de nativitate domini. **iv.** Recum lingua loquitur. et quaecumque de eo sunt clamant predicant evangelicant. ipsa quoque infantilia membra non silent. In omnibus mundi iudicium arguit subvertit profutat. Quis enim hominum si daret optio non magis eligeret robustum corpus? et etatem intelligibilem quam infantilem. **O** sapientia quae de occultis traheris. **O** vere incarnata et velata sapientia sciens utique reprobare malum et eligere bonum. **M**aluz est ergo voluptas corporis. bonum vero afflictio carnis. **S**iquidem et hanc elegit et illam reproboavit puer sapiens verbum infans. **V**erbum enim caro factum est. caro scilicet infirma infantilis tenera caro omnis laboris impotens omnis operis impatiens. **I**taque iam carnalis homo qui lucem inaccessibilem non poterat capere. si nihil praeter carnem adhuc novit audire. **E**cce verbum caro factum est: audiet illud vel in carne. **O** homo. sapientia quodammodo occulta tibi iam exhibet in carne. ipsiusque sese sensibus ingerit carnis tuae. **C**arnaliter ut ita dixerim predicat tibi. fuge voluptatem. quae posita est mors secus delectationis introitum. age penitentiam. quae per illam appropinquat regnum. **H**oc stabulum predicat. **H** praesepse clamat. hoc illa infantilia membra manifeste annunciant. hoc lachrymae et vagitus evangelicant.

**D**e fletu parvuli et vagitu. **I**dem **C**apitulum LV

**D**olorabat nimis **C**hristus parvulus si non ut ceteri: vel certe sicut non solent ceteri. **I**n alijs namque pueris sensus. in **C**hristo parvalescat affectus. **P**atiētes sunt illi non agētes. ut pote nec ipsi adhuc usum voluntatis habentes. **A**lii ergo lugēt ex passiōe. **C**hristus autē cōpassione. **A**lii ingū graue quod est su-

per omnes filios **A**dē. **C**hristus vero petra prostratus filiorum **A**dē. **E**t certe pro quibus tunc furebat lachrymas. sanguinemque postea fursus erat. **O** duricia cordis mei. utinam domine sicut verbum est caro factum. ita carneum fiat et cor meum. **S**iquidem et hoc pollicetur es pro prophetia: **A**uferam inquit a vobis cor lapideum. et dabo vobis cor carneum. **L**achrymae **C**hristi fratres et pudore pariunt et dolore **L**udebam quidem ego in platea foris et in secreto regalis cubiculi super me ferebat iudicium mortis. **A**udivit hoc virginem? ei? exijt posito diademate. sacco vestitus. cinere caput aspersus. pedes nudus. flens et eulans quod morte damnatus esset servulus ei? **I**ntueor illum subito praecedente stupeo novitate. causas pro qua et audio. **Q**uid ergo factus sum? **A**dhuc ne ludeas. et lachrymas eius deludas: **P**lane se insanus ac mentis inops existo. non sequor eum. nec simul cum lugere lugebo. **E**cce unde pudor. unde vero dolor et timor: utique ex consideratione remedij. quantitate estimo periculi mei. **R**esciebam sanus mihi videbar et ecce filius altissimi mittitur. occidi intetur ut vulneribus meis precioso sanguinis illius balsamo medeat. **A**gnosce homo quae gravia sunt vulnera tua. pro quibus necesse est **C**hristum dominum vulnerari. **S**i non essent haec ad mortem et mortem sempiternam. nunquam pro eorum remedio filius dei subiret mortem. **P**udet itaque propterea negligenter dissimulare passionem. cui tantam a maiestate tanta exhiberi video compassionem. **F**ilius dei compassatur et lachrymas fundit. homo patitur et ridebit. **S**ic ergo medicinae estimatio et dolor in est et timoris exaggeratio. **V**erum si praeccepta medici diligenter observo erit etiam consolatio nis occasio. **S**ic enim morbum cui tanta medicina apponitur agnosco gravem. sic ex his pro peccator esse non incurabilem. **N**on enim sapiens medicus. imo sapientia ipsa preciosissimas spes insumeret frustra. **P**orro frustra constat insumi. non solum si absque illis esset



curatio facilis. sed multo magis esset im-  
possibilis. Itaque concepta spes ad peni-  
tentiam aiat animū et vehementer accedit  
desideriū. **Idē in .ij.** Quid tu autē ti-  
mes hō. quid trepidas a facie dñi q̄ ve-  
nit. Noli fugere. noli timere. non venit  
cum armis ad puniendū. sed requirit sal-  
uandum. Et ne forte dicas etiam nunc.  
Dñe audivi voces tuam et abscondi me  
ecce infans et sine voce est. Nam vagien-  
tis vox magis est miserenda q̄ timēda.

**De panniculis Cap LVI**

**D**Enique si forte terribilis  
est alicui sed non tibi. parvulus  
factus est. tenera membra vir-  
go mater alligat pannis. et adhuc trepi-  
das vel metuis. vel in hoc scies quia nō  
venit te perdere sed saluare. eripere non  
ligare. Jam aduersus hostes tuos dimi-  
cat. iam superbiorum et sublimium colla-  
tanq̄ dei virtus et sapientia calcatur. Pec-  
cātum quidem in propria persona iam vi-  
cit quando naturam humanam sine con-  
tagione suscepit. Grandis enim peccato  
violencia facta est. et expugnatus esse re-  
uera cognoscitur quando naturam quā  
se totam infecisse et occupasse gloriabat̄  
ab ea penitus aliena in Christo inuenta  
est. De hinc quoque persequens inimicos  
peccatum in conuersatione sua verbis pa-  
riter et exemplis oppugnat. sed in passio-  
ne sua fortem alligat donec eius vasa di-  
ripiat. Jam hō eodem ordine mortēque  
superat in semetipso. prius. cum resurgit  
p̄mitie dormientium et p̄mogenitus mor-  
tuorum. postea debellaturus eam pariter  
in nobis omnibus. quando videlicet sus-  
citabit mortalia corpora nostra. nouissi-  
maque destructur mors inimica. Propter  
hoc enim resurgēs decorem indutus est.  
non ut antea nascens pannis inuolutus  
est. Quare qui prius non iudicans quēque  
affluebat sinu matris. resurgens p̄cinxit se

cinguloque iusticie quodammodo videtur  
affluentem sinu matris collegisse. quoniam  
extunc p̄parabit ad iudicium quod est  
in secunda resurrectione futurum. Quare  
et propterea parvulus ante venit ut matrem  
p̄rogaret. et futurus in fine iudicium p̄-  
currens matrem temperaret. Licet enim par-  
vulus ad nos venerit. non tamen attu-  
lit parvulus sed magnus quid. misericor-  
dia. s. h. m. quā aplo teste saluos nos fecit  
**Idē in .v.** Non autē sine certi ratione  
mysterij panis saluator obuoluitur. et in  
p̄sepicio ponitur. cuius id manifeste nobis  
in signum ab angelo cōmendatur. Hoc  
inquit erit vobis signum: Inuenietis in-  
fantem pannis inuolutum et in p̄sepicio  
positum. In signum ergo positi sunt pa-  
ni tui domine Iesu christe. sed in signum  
cui contradicetur a multis usque hodie.  
Multi quippe sunt vocati sed non mul-  
ti electi. et ideo nec signati. Agnosco cer-  
te Iesum sacerdotem magnus sordidis  
vestibus opertum. Agnosco cuius alterca-  
retur cum diabolo. Ubi hō caput n̄m  
super inimicos nostros exaltatum est. et hō  
plane vestem mutauit decorem induit  
amictus lumine sicut vestimento. Erat  
autem cum et membra sequent̄ caput ut  
iam vniuersum corpus vno spiritu psal-  
lat et dicat. Concidisti saccum meum et  
circūdedisti me leticia. **Idē in ser-  
mōe vigilia natiuitatis .iiij.** Abscē-  
de ergo Maria virgo novi solis fulgo-  
rem. et pone in p̄sepicio. pannis infantem  
inuolue. quoniam et ipsi sunt diuitie no-  
stre. p̄ciosiores siquidem omni purpura pa-  
ni saluatoris. et p̄sepe gloriosius aurati  
regum solis. Ditiore tenique Christi pau-  
peritas cunctis opibus cunctisque thesau-  
ris. Quid enim humilitate ditius. quid  
p̄ciosius inuenitur. qua nimirum regnum  
celorum emitur. et gratia superna adqui-  
ritur. Scriptus est enim: Vati pauperes  
sp̄m. quā ipsorum est regnum celorum. Et alibi  
Deus super b̄ resistit. hūilibus autē dat gratiam.



**B**lo. super Lucā. ij. ca. Factus est itaque filius dei paruulus ut perfecti fiamus. pannis induitur vilius ut stolam immortalitatis recipiamus. Manus et pedes stringuntur ut nostrae manus ad bene operandum et pedes in viam pacis dirigantur.

**D**e presepio. Blo. super Lucā. ij. cap. Cap. LVII

**P**orro Maria virgo natum infantem ac pannis involutum reclinauit in presepio. quia non erat ei locus in diuersorio. Loco siquidem egere voluit dominus ut nos plures in caelis mansiones habeamus. Natus est in via qui dicit. Ego sum via veritas et vita. qua scilicet ad patriam veritatis et vite veniamus. Diuersorium in quo natus est. erat domus inter duos muros duas ianuas habens ecclesiae figuram inter paradysum et mundum positae pretendens.

**I**dem in epistola ad Marcellam. Itaque saluator in spelunca natus est. in presepio vagit. vbi sunt late porticus aurata laquearia. vbi domus miserorum poenis et damnatorum labore vestitae. quae ut vile corpusculum hominis preciosius inambulet sunt extractae. et quasi mundo quicquid ornatus esse possit recta sua magis quam caelum aspicere velit.

**G**regorius in omel. quadam. Recte homo dominus Iesus non in parentum domo sed in via nascitur ut profecto ostenderet quia per humanitatem quam assumpsit quasi in alieno nascebatur. Alienus dico non secundum facultatem sed secundum naturam. Nam de potestate euangelista dicit quod in propria venit. In natura quippe sua ante tempora natus est. in nostra venit ex tempore. Qui ergo aeternus permanens temporalis apparuit. Alienus est vbi descendit. Et quia per prophetam dicitur. Dis caro secundum signum. factus est homo secundum nomen nostrum. vertit in frumentum. qui de semetip-

so ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit etc. Unde et natus in presepio reclinatus est ut fideles omnes sancta videlicet animalia carnis suae frumento reficeret.

**C**hrystostomus in sermone de natiuitate domini. Homines inquit et iumenta saluabimini. Ergo si homo es. panem comedere si iumentum ad presepio accede. Ecce ventus magnus qui tanto tempore in caelo tonauit. in presepio vagit et saluabit. Nunquam enim saluat superbia. saluat humilitas.

**B**ernardus super Lucā. omel. xxxv. Agnosce o bos possessorem tuum. et tu asine presepio domini tui. Agnosce pecus quem non cognouisti homo. Adora in stabulo quem fugiebas in paradiso. Honora presepio cuius contempsisti imperium. Comede secundum quem panem fastidisti angelicum. Homo quippe cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et silis factus est illis.

**A**ugustinus de natiuitate domini. At homo dominus dum eius lapsum reparare voluit in utroque sexu eum honorauit. et utrumque sexum ad sperandam salutem ipsius natiuitas ex virgine commendauit. Honor quippe masculini sexus est in carne Christi. honor secundum feminam in matre Christi. Sicque serpentis astutiam gratia Christi vicit qui carnem quam ex matre accepit in hanc lucem protulit matris secunditate afferens. integritatem non auferens. Concipitur ergo nascitur et velut qui dari non possit infans dicitur. Utique et infans et verbum est. per carnes tacet. per diuinitatem angelos docet. Runciatur pastoribus princeps pastorem pastorum. et in presepio iacet fidelium cibaria iumentorum.

**P**er prophetam quippe fuerat predictum. Agnouit bos possessorem suum et asinus presepio domini sui. Ideoque in asello sedit qui hierusalem cum laudibus multitudinis procedentem et consequentem intrauit. Et nos igitur



agnoscam? ad p̄sepe accedam? cibaria manducemus. dñm q̄ rectorem portem? vt ad celestem hierusalem illo ducete veniamus. Infirmas est Christi ex carne natiuitas sed ex patre ampla maiestas. In presepio iacet. sed mūdū cōtinet. vbera sugit. sed angelos pascit. Pannis in uoluitur. sed immortalitate nos vestit. laetatur sed adoratur. lectum in diuersorio non inuenit. sed sibi templum in credentium cordibus facit. vt enī fieret forq̄ infirmitas. infirma facta est fortitudo. **I**bi ergo agnoscam? tantę pp̄ nos celsitudinis humilitatez. inde accedamus c̄bantatem 7 pueniamus ad eius eternitatem. **I**dem in alio. **O** cibis angelorum angeli viuūt de te 7 non es pp̄ter me in diuersorio in pannis in presepio. Ecce qui regit sidera sugit vbera fatur in sinu patris tacet in sinu matris.

**Bernardus in sermone de natiuitate dñi. iij.** In stabulo nascitur 7 in stabulo reclinatur. Et nōne ipse est qui dicit. Deus ē orbis terrarum et plenitudo eius. Quid ergo stabulū eligit ad nascendum? plane vt gloriaz mūdū reprobet. vanitatem seculi damnet.

**O** Juda et hierusalem nolite timere etc. Nolite timere confessores veri qui non solum ore sed totum pariter et ex omni parte domino confitemini confessionem sicut vestimentum induiti. **Vera** confessio est si omnia opera vestra sint opera dei et confiteantur ei. **Confitemini** autem gemina confessione. ut duplicibus vestiamini. scilicet confessione peccatorum vestrorum et laudis diuine. **Luc** enim veri in dei eritis si omnis vita vestra confiteatur vos peccatores. et multo maioribus dignos penis. deum vero summe bonum qui pro his leuibus et transitorijs eterna condonat supplicia que meruistis. **Estote** autem et vera hierusalem cuius fines dominus posuit pacem. **Etenim** hierusalem visio pacis utique visio non pos-

sessio. **Si** ergo pacem non habetis. imo quia perfectam hic habere non potestis. saltem videte. considerate et desiderate eam ut omnia quecumque facitis ei intuitu ac desiderio faciatis. **Sicque** iam nihil timetis quia dicitur vobis: **Cras** egrediemini et iam non erit timor in finibus vestris. **Na** si eis qui viam pacis non cognouerunt dicitur: **Cras** egrediemini. non erit ista consolatio sed comminatio. **Soli** quippe dissolui desiderant et egredi concupiscunt qui pacem vident et sciunt. non illi qui in insaniam versi suis compedibus delectantur. **Tales** enim moriendo non tam ingressi que egressi dicendi sunt. quia non in lucem nec in libertatem sed in carcerem vadunt. **Ille** hoc econtra sciunt quia si terrestres domus huius habitatiois eorum dissoluatur. edificationem habet ex deo. multos quidem hostes habent in presenti. carnem scilicet quam nullus hostis vicinior esse potest. presentis seculum neque quod undique circumfusum est. princeps tenebrarum qui viam obsident in aere collocati. **Sed** dicit eis: **Nolite** timere. quia cras. id est in primo egrediemini. **Tres** enim sunt dies de quibus legit. viuificauit nos post duos dies et in die tertia suscitauit nos. **Unus** scilicet Adam. alter in Christo. tertius cum Christo. unde et ibi subditur: **Sciatis** sequemurque ut cognoscamus dominum. **Et** hic dicitur: **Cras** egrediemini et dominus erit vobiscum. **His** enim dicitur: qui dies suos dimidiauerunt in quibus perierunt dies in qua nati sunt. id est. dies adque dies peccati. dies inimici qui dicit: **Aperiet** oculi vestri. **Qui** scilicet dicit in qua natus erat. **Jeremi**as quoque maledicebat: **Ecce** nobis illuxit dies redemptionis nostre reparatiois antiquae felicitatis eterne. **De** est dies quam fecit dominus. exultemus et letemur in ea. unde nisi de conclauis huius seculi de ergastulo huius corporis. de compedibus necessitatis. curiositatis. vanitatis. et voluptatis. que nobis etiam inuitis tenent pedes



affectionis. **Q**uid n. spiritui cū terrenis? **C**ur non spūalia desiderat. querit et sapit. **Q**uē sursum sunt inquit querite. sed aggrauat eum corpus quod corripitur multaq; necessitates detinent. et vis eius quędam prauū desiderij terrene delectationis volare non patitur. citiusq; mentem retrahit. si qñ subleuatur. **S**ed nolite timere. cras de lacu miserie et de luto fecis egrediemī. qm̄ vt inde nos educret ipse dei filius infixus est in limo profundi. **A**gite ergo diem festum in **C**hristo vt sicut ille ambulauit. et ita vos ambulet. **N**olite timere. quia cras egrediemini et sic semper cum dño eritis. vel quia signanter est dictum: et dñs erit vobiscum. sic intelligam? vt dum in corpore sumus. nos esse cum dño possimus. id est. voluntati eius adherere. sed non ille nobiscū vt consentiat voluntati nostre. **V**ellemus enī iam esse liberi. cupimus dissolui. desideramus egredi. sed adhuc ex certa causa differt ille. **C**ur autē egressi fuerimus ille nobiscū erit vt quicquid voluerim? velit et nullo discordet a nostra voluntate.

## Adhuc de eodē. Cap. LXXIX

**I**taq; iuda et hierusalem nolite timere si perfectionē quā desideratis nō dū potestis adipisci. sed quod min? habet imperfectio conuersationis. suppleat humilitas confessionis. **E**t imperfectū nr̄m viderūt oculi dei: **P**ropter hoc enī mandauit mādata sua custodiri nimis. vt videntes imperfectionē nostrā deficere et nō posse qd̄ debet implere. fugiam? ad mīam et dicamus. qm̄ melior est mīa tua super vitas. **E**t qui non possum? in vestitu innocentie sine iusticie. appaream? vestiti confessione. **C**onfessio et pulcritudo in conspectu dñi. si tamen sit non oris tm̄. sed totius hōis vt oīa ossa nostra dicant: **D**ñe q̄s similis tui? **I**dē solius pacis

intuitu et desiderio reconciliatiōis ad deum. **T**alibus enī dicit: **D**iu dēz hierusalem nolite timere. cras egrediemī. id est. q̄ cito a corpore exierit anima oēs simul affectiones et oīa desideria q̄b; p̄ vniuersum interim mundū dispersa et ligata tenebāt. de hoc silico egredient. et dñs erit vobiscū. **R**imis quidem id potest videri vobis. si nō ad ea que vos expectant sed ad vos respicitis tm̄: **N**onne h̄ vniuersus expectat mundus? **N**am creatura que homine cadēte tota simul corrupta est et vanitati subiecta. ingemiscit et parturit vsq; adhuc. qm̄ hereditas nō reparabitur donec heredes repentur. **S**ed et angelis et hōibus spectaculū facti sum? **R**ā martyres acceptis iam singulis stolis desiderant perfectionē beatitudinis. sed non duplicib; vestient? donec et nos vestiam. vadimonia tenemus et obsides ipsa eorum corpora sine quibus cōsumari nō valent. nec ea sine nobis recipient. **Q**uid tamen de his loqr̄ qui didicerunt ex his que passi sunt compassionem. cum et ipsi quoq; nostrā angeli sancti desiderant glorificationem? **S**olliciti nempe sunt celi ciues vt veniant lapides viui qui eis edificent? et ex quibus ruine sue ciuitatis instarent. **E**xpectat nos etiam deus pater non soluz ppter nimiam erga nos suam dilectionē. sed ppter seipsum vt impleat filio pmissionem: **P**ostula inquit a me et dabo tibi gentes hereditatē tuam. **P**orro de filio quis nesciat q̄ntuz desideret fructū natiuitatē et totius vite quam gessit in carne. **F**ructum deniq; crucis et mortis sue p̄cium sanguinis p̄ciosi. **N**onne traditurus est deo et patri regnū quod acquisiuit ei q; restauraturus creaturas suas pro quibus illum pater in terras misit? **E**xpectat nos et spūsanctus. quia charitas est et benignitas in qua sum? ab eterno p̄destinati. **N**ec dubiū qn̄ ad p̄destinationem suam velit impleri. **E**rgo qz paratę sunt nuptię. nosq; oīs frequentia



desiderat. et expectat celestis curie. Curramus non quasi in incertum. curramus desiderijs et profectu virtutum proficere et perficisci. Dicamus ergo singuli. Aspice in me domine miserere mei. non sicut ego merui sed sicut tu decreueris misereri et secundum iudicium diligentium nomen tuum. Sic fuerit voluntas in celo sic fiat. Scimus quod scriptum est. An non licet mihi facere quod volo. Et si deus pro nobis quis contra nos? Aut quis accusabit aduersus electos dei? Nec interim charissimi sit consolatio nostra vel solatiu[m] donec egrediamur et dominus sit nobiscum.

**D**e exercitu angelorum qui pastoribus apparuerunt. Beda in omel. Cap LXX

**N**e vero parua vni[us] angeli videret auctoritas postquam vnus sacramentu[m] noue[n]te natiuitatis edocuit. statim multitudo celestium agminu[m] que gloriam deo caneret affuit pacemque simul omnibus predicaret aperte demonstrat. quia per hanc natiuitate[m] homines ad pacem vni[us] fidei spei et dilectionis atque ad gloriam diuine laudationis essent conuertendi. **G**lo. sup **Lucam.** Et bene scriptura militie celestis exercitum no[n]at sequente[m] Christu[m] ducem qui contra malignos spiritus ad tutelam nostram angelorum exercitus ordinat. Vno igitur euangelicam multitudinem prumpit in nouam laudem. vt et officium suu[m] deo impendat et nos homines instruat vt quotiens sacra[m] eruditionem ex ore fratris audimus deo laudes ore corde atque opere reddam[us]. **G**regorius in omel. Prius quidem quam redemptor noster per carnem nasceret discordiam cum angelis habuim[us] a quorum claritate et mundicia per prime culpe meritum ac per quotidiana delicta longe distabamus. Nam quia peccato extranei eramus a deo angeli ciues dei nos extra

neos deputabant a suo consortio. Sed quia regem nostru[m] cognouim[us] recognouerunt angeli ciues suos. Etenim quia rex terram nostre carnis assumpsit. infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt. contentionem prioris discordie postponunt. et quos prius infirmos deiectosque despererant iam socios venerantur. Hinc est quod Loth et Iosue angelos adorantes venerant. nec tamen adorare prohibentur. Iohannes vero in Apoc. adorare angelu[m] voluit. sed tamen iste angelus hunc ne se debeat adorare compescit dicens. Vide ne feceris. conseruus sum et frater tuus. Quid est quod ante redemptoris aduentum angeli ab hominibus adorant et tacent. postmodum vero adorari refugiunt. nisi quod naturam nostram quam prius despererant postquam hanc super se assumptam conspiciunt prostrata[m] sibi videre pertimescunt. Nec iam sub se quasi infirmam contemnere ausi sunt quam super se videlicet in celi rege venerant. Nec habere dedignantur hominem sociu[m] qui super se adorant hominem deum. Curem[us] itaque charissimi ne qua nos imundicia polluat qui in eterna conscientia dei ciues et angelis equales sumus nostramque dignitatem moribus vendicem[us]. Defende tibi contravitia honore[m] dei o homo. quia propter te factus est deus homo. **A**ugustinus in sermone de natiuitate domini. Et ego quod de fratre per quod impedi et sup[er]impendi cupio licet magnos spiritus vos fecerim in conscientia mea. maiores tamen quodammodo mihi vos efficit ista cum videlicet nitendo contra sit domini mei pro homine digna ratio. Vos utique causa domine incarnationis vos domini sanguinis partem estis. vos membra Christi capitis. pro vobis nasci. pro vobis cuncta non distulit pati. Vos appellam[us] fratres Christi. vos heredes dei. Non ergo despiciat se homo ipse propter quem dignus est deus ista subire. **O** b[er] vnusquisque



dignū seipsum habeat coram quo peccare non debeat. dignū se estimet coram q̄ si delictus cogitavit erubescat. **Empti** enī estis precio magno. glorificatez portate deum in corpore vestro.

**De cantico quod cecinerunt.**  
**Glo. vbi. s. Cap LXXI**

**Q**uoniam ergo deus et homo nascebat pax hominibus cum ipsis angelis decantatur. deoq̄ gloria qui ab angelis pro nostra redemptione glorificat. pax inq̄ hominibus qui natum Christum suscipiunt. non his qui audita eius natiuitate turbati eum persecuti sunt. Non est enī pax impijs dicit dñs. **Hugo de sancto victore.** Sed pax hominibus utiq̄ bonę voluntatis. quia totū est in voluntate meritum hominis. quantum vis tñ mereris. Sed nedicat. quid igitur opus est operari. scias quia voluntas non est si non operatur quod potest. Alioqn̄ sufficit ipsa sibi si operari non potest. sed ideo post voluntatem opus requiritur ut ipsa ipso opere augeatur. tale quippe cor hominis est ut opere suo amplius inardescat siue ad bonum si rectum est. siue ad malū si peruersum. quantum ergo voluntas crescit tantum et meritum. **Idem in notul super ps̄.** At x̄o deus qui pacis amator est cor turbatū inhabitare non potest. Venite igitur ad lucem et videte opera dñi per lucem. **Quę.** Consideraui dñe opera tua et expaui. **Parvulus** enī natus est nobis et filius datus est nobis. **z̄c** Super terram hec posita sūt qm̄ ad pacem terrena componūt. prodigia sūt qz venturi seculi gaudia p̄tendūt. **Prin-**ceps pacis auferens bella pacificans hominem intus et extra. arcū conteret et confringet arma diaboli. versutias adhibilans et machinamēta. **Scuta** comburet igni dura corda molliens igne sancti spiritus. quibus patraq̄ et plena pacis red-

dita vox sequitur exhortatoria. **Vacate** et videte z̄c. **Leo papa de natiuitate dñi sermo. vi.** Deus certe non aliter colitur nisi id ei quod ipse tribuit offeratur. **Quid** autem in thesauro largitaq̄ dñice tam cōgruū ad honorem sollemnitatis p̄dicte possumus inuenire q̄ pacem que prima est angelico p̄dicata concētū in ipsa dñi natiuitate? **Ipsa** enī est que parit filios dei. nutrix dilectionis et genitrix vnitatis. requies beatorum et eternitaq̄ habitaculū. **Cuius** hoc opus. p̄rium et speciale beneficiū est ut iūgat deo q̄s secernit e mūdo. **Vnde** apostol⁹ ad hoc bonū nos incitat dicens. **Iustificati** ergo ex fide pacem habeamus ad deum. **Cuius** sententię breuitate oīum fere mandatoz continetur effectus. quia vbi fuerat veritas pacis nihil potest desse virtutis. **Quid** est autē ad deum pacem habere nisi velle quod iubet et nolle quod prohibet? **Si** enim humane amicitie animos pares et similes expetunt voluntates. nec vnq̄ diuersitas morum ad firmam potest concordiam peruenire. **Quō** particeps erit pacis diuine. cui placent que deo displicēt. et his appetit delectari quibus illuz nouit offendi. **Non** est anim⁹ iste filioruz dei genus electum et regium regnacionis sue respondeat dignitati. **Qui** non ex sanguinibus neq̄ ex voluntate carnis sed ex deo nati sunt. **Patri** pacificoꝝ concordiam filioꝝ offerant et in p̄mogenitum nouę creature qui venit non suam sed mittentis facere voluntatem adoptionis vniuersa nobilitate membra concurrant quia patris gratia nō discordet neq̄ dissimiles sed vnū sentiētes vnūq̄ amantes adoptauit heredes. ad vnam reformatos imaginē animū oportet habere p̄formē. **Natalis** dei natalis ē pax. **Ipsa** enī est pax n̄ra qui fecit vtraq̄ vnū. **Qui** etiā ante diē passiōis ait discipul⁹. **Pacē** relinq̄ vobis. pacē meā do vob. **Et** ne sub noīe generali pacis sue lateret



qualitas adiecit. **N**on quomodo mundus dat ego do vobis. **N**on habet inquit mundus amicitias veras siue fideles. multosq; facit amore perverso pcor-des. **N**am sunt etiam in vitij animi pares. et similitudo desiderio equalitatez gignit affectuū. **Q**m̄ ergo quicūq; spū dei aguntur hi filij dei esse probant. nos vnū volentes vnūq; sentientes et in fide spe et charitate pcor-des spūs pacis agat et ad gaudia vera pducatur. **B**ernardus. **S**ed displicet mortalib; angelica illa p̄titio qua nūciatur hōib; pax. et gloria deo. dumq; gloriam vsurpāt pacem turbant. solus meretur gloriam qui facit mirabilia solus. sicut ait apostolus Soli deo gloria et honor. **P**orro cum nostro rege bene agitur si pace dei cum deo frui datur. **A**t quidem feliciter atq; misericordit. **Q**uo nā ergo pax hominū coram deo et cum deo stabit si deo apud homines esse tuta gloria sua nou possit? **S**tulti filij Adam qui pacem contem-nentes et gloriam appetentes. et pacē perdunt et gloriam. **I**dem in epistola ad nouicios. **D** q̄ vani et mendaces filij hominū instant qui gloriam ab inuicē querunt et gloriā que a solo deo est nolunt. **P**lane in hoc ipso decipientes ipsi de vanitate in idipsuz. **I**dē in sermone de natiuitate dñi. **C**hristus natus tacet. non se extollit. nō magnificat. non p̄dicat. et ecce annūciat eum angelus. laudat multitudo celestis exercitus. **E**t tu ergo qui Christum sequeris iuentū abscondē thesaurū. amanesiri. laudet te os alienū. sileat tuū.

**D**e laudando dño angeloz exemplo. **M**aximus in sermone. **C**apitulū LXXII

**E**cce christū Jesum vbera sugentiū infantū more nascentiū. more vagientiū vagientem vilib; pannis circūdatuz. vilis in

p̄sepe iacentem. angelica ministeria psequunt. oīsq; celestis exercitus multitu do miratur consona voce collaudās et dicens: **G**loria in excelsis deo etc. **N**am idem ipse dei fili? et apud angelos gloriosus est in excelsis. et bonę voluntatij hominibus pacem p̄stat in terris. **G**loria utiq; deo qui desperatis mortalib; munus eterne salutis exhibuit. et pax hōib; bonę voluntatis quos certamie suo christus suoq; p̄glio in regnū. pprium de captiuitate diabolica reuocauit. **E**t nos q̄ de tanta salute letantes exultem. nos vocibus angelicis sociantes honore debito mysteria Christi semper virtutesq; laudemus. **A**ugustin? in sermone de natiuitate dñi. **L**audent eū condigne omnes angeli eius quoz cib; eos incorruptibili sagina viuificans est eternus. quia verbum dei est cuius vita viuūt. cui? bonitate semper beate viuūt. **N**os autem plebs eius et oues manuz eius pro modulo infirmitatij nostre pacē per bonam voluntatē recōciliati habeamus. **I**psorū etenim angelorū vera vox ē que nato nobis saluatore cū exultatione fusa est. gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bonę voluntatij. **L**audant ergo illi competent. laudem? et nos obedienter. **S**unt illi nūcij eius. sumus et nos pecora eius. **I**mpleuit in celo mēsam ipsozum. impleuit in terra p̄sepe nostrum. **P**lenitudo mense ipsozum est. qz in p̄ncipio erat verbū et verbū erat apud deum et deus erat verbum. **P**lenitudo p̄sepeis nostri est. quia verbum caro factum est et habitauit in nobis. **E**t eniz panem angeloz māducaret homo. creator angelorū factus est homo. **I**lli laudant viuendo. nos credendo. **I**lli fruendo. nos petendo. **I**lli capiēdo. nos querendo. **I**lli intrando. nos pulsando. **G**lo. sup p̄s. xcviij. **C**ārate igitur dño canticum nouū. canticum scilicet de incarnatione Christi et redēptiōe generis hūani. qd̄ utiq; nouū extitit. qz nihil



vnq̄ tale mūdus audiuit. **Glo. su-**  
**per ps̄. xcv.** Canticum nouum domi-  
 no canere. est veterē hominē cum actib⁹  
 suis exuere ac nouū induere. quod vtiq̄  
 cantat qui amat. **Vetus enī canticum**  
 cantat cupiditas. nouū charitas. que ⁊  
 ipsa est canticū nouū. **Ipsū autē can-**  
 tare est edificare. **Quicqd̄ ergo cantane-**  
 ris de cupiditate vetus cantas. quicqd̄  
 de charitate nouus resonas. **Melius est**  
 vt nouus taceas. q̄ vt vetus canas. qui  
 si nouus tacueris auribus hominū. au-  
 ribus dei sonas. hypocritis cātat canti-  
 cum vetus. quia paries est dealbat⁹. fo-  
 ris lucet intus lutum est. **Glo. sup**  
**ps̄. cxlii.** Itaq̄ qui vult cātare can-  
 ticum nouū quod est de mysterio redem-  
 ptionis ⁊ re-promissione eternitatē eter-  
 na diligat vt nouus fiat. **Vetus enī ho-**  
 mo cantat vetus canticū de terrenis. no-  
 uus homo canticū nouū de spūalib⁹. s.  
 canticum charitatē ⁊ pacis. **Cantate do-**  
 mino canticū nouū quia mirabilia fecit  
**Richardus in exceptionib⁹**  
**ij. parte. li. x.** Mirabilia fecit in crea-  
 tione mūdi ⁊ redemptione generis huma-  
 ni. **In creatiōe mūdi fecit mirabilia cre-**  
 ando terrestria celestia ima sūma visibi-  
 lia ⁊ invisibilia corporalia ⁊ spūalia. **Mi-**  
 rabilia quoq̄ quotidie facit ī rebus cō-  
 ditis. in element⁹ ⁊ elementarū simplicib⁹  
 ⁊ compositis. ⁊ causis ⁊ effectib⁹ in natu-  
 ris ⁊ formis. in figuris ⁊ colorib⁹. in ve-  
 getatione germinantiū ⁊ fecūditate ge-  
 nerantiū. **Fecit autem mirabilia in redē-**  
 ptione generis humani carnem assūmē-  
 do esuriendo sitiendo mirabilia facien-  
 do patiēdo moriēdo resurgēdo ascen-  
 dendo gratiaz sanctis p̄is tribuēdo cul-  
 pas condonādo. impios iustificādo. mi-  
 seros beatificādo. **Ergo cantate canti-**  
 cum nouū quia mirabilia fecit. **Nouus**  
 canticum noua vita. vetus canticū ve-  
 tus vita. noua vita iusticia. vetus vita  
 culpa. **Porro tribus modis distingui-**  
 tur cantus. graui. acuto. supacuto. **Gra-**

uis significat vitam conuigatoꝝ. acut⁹  
 vitam continentiu. superacut⁹ vitam vir-  
 ginū. **Qui bene viuit bene cātat. qui ma-**  
 le viuit male cātat. quia discordat. **Nō**  
 nulli quidez christiani sunt noīe. paga-  
 ni tamen conūlatione. **Et q̄uis rectam**  
 de deo habeant fidem. mortua tamē est  
 quia non habent operationē. **Discor-**  
 dant autem a cantico diuinę laudis. qz  
 non est speciosa laus in ore peccatoris.  
**Omnes tales cantant vetus canticum**  
 quod magis significat tristitiam q̄ gau-  
 dium. **De huiusmodi laudatorib⁹ scri-**  
 ptum est: **Putabāt se habere vasa can-**  
 tici sicut **Dauid**. dum enim subtilibus  
 vocibus verba diuinę laudis sibilant. ⁊  
 duplici modulamine cantica sonāt va-  
 sa cantici se habere sicut **Dauid** putant  
 quia vere se laudatores esse. dei estimāt.  
**Sed vox nō placet quia vita displicet.**  
**Ros ergo fratres cantemus dño sicut**  
 p̄cepit psalmista dicēs: **Rex omnis ter-**  
 re ⁊. psallite sapiēt. **Quid est sapientē?**  
**Non simus prauis operibus dediti. nō**  
 in psallendo verbis ociosis intenti. non  
 vanis respectibus curiosi. non ex cursu ⁊  
 discursu vagi. **Cantemus sicut quidam**  
 vericator ait: **Omnibus his hōis ea-**  
 dem vox cordis ⁊ oris. **Vox est grata**  
 chori quando non concinit ori. **Cante-**  
 mus igitur dño canticū nouū quia mi-  
 rabilia fecit. **Et non solum quia fecit. s.**  
 etiam quia mirabilia factur⁹ est. **Duo**  
 p̄cipua fecit mirabilia: **Vnū in crea-**  
 tione mundi: alteruz in redemptiōe ge-  
 neris humani. **Et factur⁹ est duo. vnū**  
 in renouatione creati. alterum in glorifi-  
 catiōe redempti.

**De mysterio pastozum. Glo.**  
**super Lucam. Cap. LXXIII**

**U**t aut discesserūt ab eis  
 āgeli ī celū. pastozes loq̄bātur  
 ad iuicē: **Trāseam⁹ vsq̄ beth-**  
 lee. vt. n. x̄b āgeli crediderūt d̄ agno x̄o



testimoniū dederūt. Quorū p̄sona q̄ vi-  
lior ad prudētiā eo p̄ciosior erat ad fidē  
**N**am etiam **M**aria fidē collegit a pa-  
storibus. ⁊ ab ipsis ad dei reuerentiā cō-  
gregatus est populus. De his enī mira-  
ti sunt quę a pastorib; ad illos dicta sūt  
**B**eda in omet. Significāt autē  
mystice pastores ibi gregūz doctores ac  
rectores fidelium animarū. **P**or cuius  
fide vigiliās custodiebant super gregēz  
suū. indicat picula temptationū. a qui-  
bus se suosq; subiectos oēs qui perfecte  
vigilant custodire non cessant. Et bene  
nato dño pastores super gregem suū vi-  
gilant. quoniā ille nat⁹ est qui ait: Ego  
sum pastor bonus. bonus pastor aiām  
suam dat pro ouibus suis. Sed ⁊ tem-  
pus iminebat quo idem pastor sūme bo-  
nus missis in mundū pastorib;. oues su-  
as longe lateq; dispersas atq; errabun-  
das ad sp̄ virētia celestis vitę pascua re-  
uocaret. q̄rū ⁊ curāz sūmo pastori p̄ci-  
peret dicens: Si diligis me pascue oues  
meas. Quod aperiens ait: Cōfirma fra-  
tres tuos. **G**regori⁹ vbi supra  
Quid est autem hoc q̄ vigilantib; pa-  
storibus angelus apparet eosq; dei cla-  
ritas circūfulsit. nisi q̄ illi p̄z ceteris vi-  
dere sublimia merent⁹ qui fidelib; gregi-  
bus p̄zesse solliciti inueniunt⁹. Dumq;  
super gregem quisq; vigilat diuina sup-  
eum gratia largius coruscet. **R**egē ho-  
natum angelus nūciat. eiusq; voci con-  
cinūt angeloz chori congaudētes ⁊ cla-  
mantes: **G**loria ī excelsis deo. **L**eo  
papa vbi supra. Sic igitur in no-  
stre carnis animeq; substantia saluato-  
rem angelicis vocibus didicere pastores  
⁊ euāgelicandi forma p̄cōdita ē apud  
dñicorū gregum p̄sules. vt nos quoq;  
dicam⁹ cū exercitu celestis militię: **G**lo-  
ria in excelsis deo zc. **B**eda. **T**rans-  
eamus ⁊ nos vsq; bethleē ciuitatē **D**a-  
uid cogitando ac recolam⁹ amando. et  
eius incarnationē dignis honorib; cele-

brando. **I**dem vbi supra. **T**rans-  
eamus etiam abiectis carnalibus concu-  
piscencijs. toto desiderio mēt̄ usq; beth-  
leem supernam. id est. domū panis viui  
non manufactā sed eternam in celis. et  
recolamus amando. quia verbum caro  
factum illuc carne ascendit vbiq; sedet  
in dextera dei patris. illuc cum tota vir-  
tutum instantia sequam⁹. ⁊ sollicita cor-  
dis ac corporis castigatione procurem⁹  
vt quem illi in p̄sep̄io videre vagientē  
nos in patris solio mereamur videre re-  
gnantem. **F**ulgenti⁹ in sermo-  
ne de natiuitate dñi. **U**t enī pa-  
nem angelozū manducaret homo. crea-  
tor angeloz fact⁹ est homo. vtrosq; pa-  
scens ⁊ integre permanens. **D**e bon⁹ pa-  
nis qui ⁊ angelos pascit per sp̄m vt de  
ipso satientur in patria. ⁊ nos pascit per  
fidem ne deficiamus in via. **I**lle panis  
qui seipsum dat angelis ad gaudiū sta-  
bilitatis. seipsum dedit hoībus ad reme-  
dium sanitatē. **E**t qui angelozū esca. fa-  
ctus est nobis medicina. **A**ugusti-  
nus in sermone de eodez. **P**or  
ro quod oculus non vidit nec auris au-  
diuit. nec in cor hoīs ascendit eundē ip-  
sum se diligentib; ostensurūz promisit.  
Quod donec fiat. donec nobis ostēdat  
quod nobis sufficiat. donec euz fontem  
vitę potemus ac satiemur interim salicēz  
dñi ab eo p̄grinamur ambulantes per  
fidem. ⁊ ineffabili ardore desideramus  
formę dei pulcritudinē. formę serui cele-  
bremus obsequio deuoto natalē. **N**ō-  
dum contemplari possum⁹ q̄ genit⁹ est  
ante luciferum a patre: pensemus q̄ no-  
cturnis horj est natus a virgine. **N**ōdū  
capimus quod ante solem permanet no-  
men eius. agnoscam⁹ in sole positum ta-  
bernaculum eius. **N**ōdum contuemur  
vnicum permanentē in patre. scilicet re-  
cordem⁹ sponsū. p̄cedētē d̄ thalamo suo  
**N**ōdū idonei sum⁹ p̄uio patris n̄i.  
agnoscam⁹ p̄sepe dñi n̄i **I**esu christi



**De verbo carne factum. Beda**  
**ubi supra. Cap. LXXIII**

**S**equitur. Et videamus  
 inquit hoc verbum quod fa-  
 ctum est. Hoc verbum ex pa-  
 tre natum non factum est. quia deus erat  
 verbum. et deus creatura non est. in qua  
 natiuitate diuina videri ab hominibus natu-  
 ra non potuit. sed vt videri posset verbum  
 caro factum est et habitauit in nobis. Vi-  
 deamus ergo inquit si verbum quod factum  
 est. quia hoc videre nequimus. antequam fa-  
 ctum esset. **Augustinus in sermo-**  
**ne de natiuitate domini.** Infirmus ete-  
 nim aspectus noster ineffabile lucis eter-  
 ne candorem intueri non potest. sed ver-  
 bum caro factum est. accedens ad nos per  
 id quod sumpsit ex nostro et liberans nos  
 per id quod mansit in suo. Visitauit quippe  
 dominus seruos per mortalem infirmitatem  
 vt eos faceret liberos per incommutabilem  
 veritatem. **Idem in alio.** Nemo  
 ergo credat dei filium in hominis filium esse  
 conuersum et commutatum. sed potius cre-  
 damus et non consumpta diuina et assu-  
 pta humana substantia manente filium  
 dei hominis factum. Nec enim ita verbum ca-  
 ro factum est vt deus esse desineret. sed  
 in ipsa carne nobiscum deus emanuel na-  
 tus est. sicut verbum quod corde gesta-  
 mus fit vox. cum id ore proferimus. nec ta-  
 men in ea commutat sed illo integro ista in  
 qua procedat assumit vt intus maneat  
 quod intelligatur. et foris sonet quod au-  
 diatur; idem tamen profertur in sono quod  
 ante sonum erat in silentio. Atque ita ver-  
 bum cum sit vox non mutat in voce. sed  
 manet in mentis luce et assumpta carnis  
 voce procedit ad audientem. nec tamen de-  
 serit cogitantem. prius enim ipsa vox intus  
 in silentio cogitat. et vt inde procedat lo-  
 quentis voce vestitur. Verumtamen utrumque  
 si et quod dicitur et quod cogitat muta-  
 bile est atque dissimile. nec illud manebit

cum oblitus fueris. neque hoc cum silueris.  
**Verbum autem domini manet in eternum.** et  
 cum ex tempore assumpsit carnem. vt ad  
 vitam nostram procederet temporalem.  
 non in carne amisit eternitatem. sed carni  
 prestitit immortalitatem. Sic ergo tanquam  
 sponsus de thalamo suo processit. qui cum  
 in forma dei esset. non rapinam arbitra-  
 tus est esse se equalem deo. sed vt propter  
 nos fieret quod non erat. semetipsum  
 exinanivit. non formas dei perdens. sed  
 formam serui accipiens. et per hanc in si-  
 militudinem hominum factus. nec propria sub-  
 stantia sed habitu inuentus est vt homo.  
**Hoc enim quod vel in anima vel in corpore**  
**sumus nostra natura illi habitus.** Nos  
 quippe nisi hoc essemus. non essemus. Ille  
 homo etiam si hoc non esset. esset utique deus.  
**Et cum esse cepit quod non erat homo**  
**factus est permanens deus.** **Leo pa-**  
**pa in sermone de natiuitate domini**  
**Sic itaque verbum caro factum est et ha-**  
**bitauit in nobis.** In nobis utique quos  
 sibi verbi diuinitas coaptauit. cuius ca-  
 ro de virginis utero sumpta nos sumus  
**Quae si de nostra. id est. vere humana non**  
**esset. verbum caro factum in nobis non ha-**  
**bitasset.** In nobis autem habitauit qui  
 naturam corporis nostri suam fecit. edifi-  
 cante sibi domum sapientia non de quocumque  
 materia. sed de substantia propria nostra.  
**Cuius assumptio manifesta est vt dictus**  
**est: verbum caro factum est.**

**De ipsius verbi inmensi abbre-**  
**uiatione. Bernardus in sermone**  
**de natiuitate domini. Cap. LXXV**

**I**taque secundum Esaiam pro-  
 phetiam. verbum abbreviatum  
 fecit deus pater super terram.  
**Vultis nosse quod longum quod breueque fe-**  
**cit verbum: Caelum inquit hoc verbum**  
**et terra ego impleo. Nunc autem caro factum**  
**in angusto locatum est presepio. A seculo**



ait ppheta ⁊ in seculum tu es deus. Et ecce factus est infans diei vnius. Ut qd autem se sic abbreviare voluit dñs maiestatis. nisi vt nobis formam daret humilitatē. Hinc etenim ait: Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Quid enim magis indignū. quid amplius detestandū. quid grauius puniendū. q̄ vt videns deum celi paruuluz factum. apponat vltra magnificare se homo super terram? **Petrus Rauē. ep̄us** Ipse ē x̄bū abbreviatū sup terrā abbreviatū. in mūdo ī vtero. in patibulo. ī sepulcro. Nam quia magister ⁊ grāmaticus fuit. cum in passione sua p̄ncipiū vitę eterne quod tetragmaton sonat reddidit grammatice procedens in verbo abbreviato. id est. deponenti declinavit. Verbuꝝ substantiuū est deus in patre. adiectiuū deus in carne. actiuuz in rerū creatione. passiū in passione. neutru in trāsfiguratōe. vel qz nec pur⁹ deus nec purus homo sed deus ⁊ homo. Deponens deus ⁊ homo in humilitate vel de cruce depositus in sepulcro. Verbu adiectiuū dñs verbum incarnatum. cuius p̄sens tempus fuit qñ fm̄ promissa in carne p̄sens apparuit. Imperfectū x̄o qñ legem dedit ⁊ se nobis p̄misit. Perfectum autem cum plenitudo tempis venit. ⁊ corpus mortale suscepit. Cum x̄o quod mortale erat factum est immortale plusq̄ perfectum temp⁹ aduenit. Cuz autem iudicare venerit futuri temporis plenitudinē nobis exhibebit. Indicatiuo modo verbum vitę vti voluit in operum exemplis ⁊ doctrina spūali. Impatiuo in p̄ceptis ⁊ miraculis. Optatiuo in deuotione orationis ⁊ desiderio nostre salutis. Coniunctiuo in vnione anime ⁊ carnis ⁊ in cōsideratione vniūsq̄ partē. in copula qua copulat ima summis. Infinitiuo in distributione glorie que nullo terminat fine. Vtitur ⁊ impersonali modo. quia omnes ad se vocat. nec est apud eum personarum acceptio.

Gerundiuo vsus est vt pius medic⁹ qñ dolores nostros portauit. Supino x̄o quando se Marię ⁊ Ioseph supposuit. **Glo. super epistola ad Roma. ix. cap.** Quis quibus deus hominibus aliter ante verbum breuiatum fecit dñs super terram. id est. ens in terra factum homo fecit euangelij breue verbum qui prius fecerat verbum legis prolixum. quod scilicet verbum dicitur consummans eo qd ad perfectionē ducit. Dicitur ⁊ abbrevians eo qd omnia legalia in vno Christo abbreviādo perstringit. vt compendio fidei per gratiam homo saluetur. non p̄pter innumeras obseruatias quibus ille populus seruiliter p̄mebat. Vel verbū consummatū ⁊ breuiatum est charitas. qm̄ in duobus mandatis vniuersa consumat ⁊ abbreviat. In his enī vniuersa lex pendet ⁊ p̄phete.

**De stulticia diuine sapientie.**  
**Origenes super Hieremiam**  
**omet. v. Cap LXXVI**

**A**d comparationē quidem illius celestis sapientie que mundi limitem excedit. fatiuꝝ dei est hoc qd ad homines descendit. qd tamen sapientius est hominibus. Non enim dei sapientia dignaretur ad mundi sapientiam conuincendā tota descendere. sed potius modicum quod necessarium erat quod dei fatiuꝝ erat vt hoc paruo ⁊ fatuo dei infatuaret sapientia seculi. magnitudinē ī se venietis sapientie nō valens sustinere. **Hieronim⁹ in li. de trib⁹ virtutibus.** Oīa tenuis p̄traria me⁹ saluator ⁊ dñs assūpsit. vt p̄traria p̄trarijs dissoluat. ⁊ ab ei⁹ infirmitate p̄firmem. ⁊ ab ei⁹ stulto sapiētes efficiam. in h̄ introducti ad Christū dei virtutē ⁊ dei sapiam ascēdam⁹. **Hugo in libro opusculorum.** Deus nimirum in sapientia sua cognoscā non potuit donec q̄si desipuit ⁊ indigna



**I**ncepit ibiq; sapientia mundi destruxit. **I**dem super hierarchia. Fuit enim quedam sapientia que sapientia videbatur his qui veram sapientiam non nouerant. Hanc inuenit mundus et cepit inflari. fecitq; sibi scalas specie creature vires ad mirabilia dei. Itaq; per ea que nota erant in puro corde in ea que abscondita erant ire se putauerunt. possibilem virtutem in mendacia figmentorum suorum mente corruerunt. Ideo stultam fecit deus sapientiam huius mundi. quia non potuit inueniri sapientia dei. et monstravit aliam sapientiam que stulticia videbatur. ut humilitate veritas quereret. veraq; sapientia per eam inueniret. Sed mundus modicum desperxit et ideo verum agnoscere non potuit. Opera namq; dei que miranda fecerat contemplari voluit et que proposuit imitanda venerari noluit. Non enim morbum suum attendit ut pia deuotione medicinam quereret. sed de falsa sanitate presumens se dedit in vana curiositate. aliena inuestigaret. Itaq; dum proficere videbatur extra se defecit in se. nec inuenit illum qui erat supra se. Sed proposuit estimationes de illo quas ne verum ignorare videretur concepat corde superbo. Sic est in via erroris contra verum plurima et excellenti maiestati deformia scissus ut error fieret manifestus. Prius enim verum aliquid videbatur magnusq; videbatur sed erant dense tenebre et caligo profunda ignorantie. vbi laqueus erroris in captionem superbiorum ponebatur. Itaq; nouissime successit falsitas cum debuisset consumari veritas. Assumpserunt enim species visibiles simulacra diuinorum ut per ea que videbantur invisibilia viderent. et erat ibi quidem aliquid simile. sed de longe quod querebatur ostendens. nec lucem oculis caligantibus ingerens. Natura enim ad seruitutem condita creatoris suum demonstrabat. sed ad excellentem maiestatem similitudo peregrina erat. nec in his homi-

ni illa natura que docenda fuerat inuenire potuit euidentem declarationem. quam et ipsa sana non erat ut multum claresceret in contemplationem. Non enim habebat que per gratiam exemplaria formabantur ad sanitates visionis intimę. nec arcam sapientie nouerat et conditorum thesaurorum verbi scilicet eterni carnem in Iesu christi humanitate. sed naturali solo documento vtens acie lippienti lumine nubilum ambiguum adducens in re creatarum contemplabatur specie. propter hoc euenerunt dum mente transire volebant ea que sola nosse acceperant et palpantes estimationibus ad ea que videre non poterant inuenti sunt ceci qui se videre putauerant. quia dignum erat ut confunderetur in sumis qui de inferiorum cognitione superbi erant.

## De infatuatione mundane sapientie. Cap. LXXVII

**I**taq; duo simulacra erant homini. proposita in quibus inuenire posset invisibilia. videlicet vnam nature et alterum gratie. Simulacrum nature species erat huius mundi. simulacrum gratie humanitas verbi. In utroque deus monstrabatur sed in neutro non intelligebatur. Natura siquidem artificis sua specie demonstrauit. sed oculos contemplantis illuminare non potuit. humanitas autem verbi et medicina fuit. ut ceci lumen reciperent et doctrina pariter ut videntes veritatem agnoscerent. lutum ex sputo fecit et oculos ceci liniuit. et lauit et vidit. ac deinde videnti et non cognoscenti. ait. Ego sum. et qui loquitur tecum ipse est filius dei. Prius ergo illuminauit postea demonstrauit. Natura enim ut dictum est demonstrare potuit sed illuminare non potuit. Itaq; per simulacra nature creator tamen significabatur. In simulacris vero gratie deus presens ostendebat. *Alla. n. opat' e' vt intelligeret ee*



In istis autem operat<sup>o</sup> est vt agnoscere  
tur p̄sens esse. **H**ec ē ergo distātia theo-  
logiē mūdanā a diuina. **I**mpossibile ni-  
mirū est inuisibilia demōstrari nisi p̄ vi-  
sibilin<sup>z</sup> ostensionem. et ob hoc oīs theo-  
logia visibilib<sup>z</sup> demōstrationib<sup>z</sup> vti ne-  
cesse habet inuisibiliū declarationē. **S**z  
mundana theologia vt diximus opera  
conditionis assumpsit. et elemēta huius  
mundi creata s̄m speciem. vt demōstra-  
tionē suā in illis faceret. **T**heologia x̄o  
diuina opera restrāctiōis elegit s̄m hu-  
manitatē **J**esu christi. et sacramēta eius  
quē ab initio fiunt. naturalib<sup>z</sup> quoq<sup>z</sup> p̄  
modulo subiunctis. vt in illis eruditio-  
nem conformaret. **M**aior autem decla-  
ratio in sacramētis gratiē et carne verbi  
et mystica operatione ipsius ostenditur  
q̄ naturali rerum specie p̄dicetur. **E**t  
ideo mundana theologia parū euidētī  
demonstratiōe vtens. non valuit incō-  
prehensibilem veritatē sine contagione er-  
roris educere. quāz diuina noscit theo-  
logia simplici et pura assertionē p̄dica-  
re. **G**regorius nazanzen<sup>o</sup> de  
plaga grandinis. **H**anc ergo col-  
laudo sapientiā et hanc complector per  
quam ignobiles gloriosi facti sunt. et per  
quam abiecti ad honores venerunt. et in  
qua piscatores vniuersam terram retib<sup>z</sup>  
euangelij concluderūt. **L**eo papa  
in sermōe de natiuitate dñi. v.  
**N**am quia sicut ait apostol<sup>o</sup>. In sapien-  
tia dei non cōgnouit mūdus deum per  
sapientiā. placuit deo saluos facere cre-  
dentes per p̄dicatiōis stulticiam. **M**ū-  
do ergo. id est. prudentib<sup>z</sup> mundi sapiē-  
tia sua cecitas est facta. quia nec potue-  
runt per illam cognoscere deum. ad cui<sup>o</sup>  
noticiā non accedit nisi in eius sapiētia.  
**E**t ideo quia mundus supbiebat d̄ va-  
nitate suor<sup>z</sup> dogmatū. dñs in eo fidem  
constituit saluandor<sup>z</sup>. quod et indignuz  
videretur et stultū. vt deficientib<sup>z</sup> omni-  
bus opinionū p̄sumptionib<sup>z</sup>. sola dei  
gratia reuelaret. quod humana intelli-

gentia cōphendere nō valeret. **A**gno-  
scat ergo fides catholica gloriā suā  
in hūilitate oī. et d̄ sacramētis suę salutis  
gaudeat ecclesia quę corpus est **C**hristi  
quia nisi verbum dei caro factū in nob  
habitaret. nisi i cōione creaturę creator  
ipse descenderet. ac vetustate humanaz  
ad nouū p̄ncipiū sua natiuitate reuoca-  
ret. mors ab **A**dā vsq<sup>z</sup> ad finē regna-  
ret. et super omnes homines indissolubil  
condemnatō permaneret. cū de sola cō-  
ditione nascēdi vna cunctis esset causa  
peccandi. **I**taq<sup>z</sup> solus inter filios homi-  
nū innocens natus est dñs **J**esus chri-  
stus. quia solus sine carnalis p̄cupiscen-  
tię pollutione conceptus. homo nri ge-  
neris est factus. vt nos diuinę nature cō-  
sortes esse possimus. **O**riginem quā sum-  
psit in vtero virginis posuit in fonte ba-  
ptismatis. **D**edit et aquę qd̄ dedit ma-  
tri suę. **V**irtus enī altissimi et obumbra-  
tio spūs sancti quę fecit vt **M**aria pare-  
ret saluatorem. eadem facit vt regeneret  
vnda credentem.

**Q**uod verbum inuisibile factū est  
visibile. **B**eda vbi supra.  
Capitulum LXXVIII

**T**ranseam<sup>o</sup> igitur vt di-  
ctum est vt videam<sup>o</sup> hoc verbū  
quod factum est. **Q**uod vtiq<sup>z</sup> fe-  
cit dñs. et ostendit nob. hoc est incarnari  
fecit. ac per hoc visibilē nobis exhibuit.  
**B**ernardus in sermōe. **E**rat  
siquidem verbū apud deū in p̄ncipio. et  
dicebat dñs ab initio: **E**go cogito cogi-  
tationes pacis. **S**i quis cognouerat sensū  
dei vel cogitatiōes maiestati. **D**escēdit  
igit cogitatio pacis in op<sup>o</sup> pacis dñi. **V**er-  
bum caro factū ē et habitabit i nob. **H**a-  
bitat nūc plane i cordib<sup>z</sup> nris p̄ fidē. **H**a-  
bitat i mēoria. **H**abitat i cogitatiōe. et vsq<sup>z</sup>  
ad ipsaz descēdit imaginatiōē. **Q**uid  
enī p̄ hō de inuisibili et iaccessibili deo co-  
gitaret nisi forte idoliū corde fabricaret?



Nunc autē voluit comprehendī. videri cogitari. Nonā mō: in presepio iacēs. in virginali gremio cubās. in mōte p̄dicās. in oratione p̄noctās. in cruce pendens. in morte pallens. sic incōprehēbilis voluit cōprehēdi. inexcogitabilis cogitari. **I**dē in alio. Hoc enim verbum in sublimi constitutū. ut ad nos descenderet. pp̄ria benignitas inuitavit. misericordia traxit. veritas qua se venturū pmisit cōpulit. puritas vteri virginalis suscepit salua virginis integritate. potētia eduxit. obedientia in oībus cōdignit. patiētia armavit. charitas verbis et miraculis manifestavit. Hoc verbū patris angelus Gabriel a deo missus eructavit per aurē in ventrē ipsius virginis. ut eadem via intraret antidotū. qua intraerat venenū. Et sic sicut dicit ab euangelista Iohāne: Vidim⁹ gloriā eius quasi vnigeniti a patre. Totū enim qd̄ de corde patris christus abstulit nobis patnū esse. pbat. ut nihil in filio dei nisi dulcor generis hūani trepidatio suspicetur.

**I**n epistola ad Henricū. Hoc autē verbū si apprehēdere cupis. citius illud sequēdo q̄ legēdo consequi poteris. Quid enī verbū in verbo queris. qd̄ iā caro factū p̄sto est oculis? Jam de latibulo p̄betarum egressum est ad oculos piscator. Jam de mōte vmbroso et condenso. p̄siliit in campū euangelij tanq̄ sp̄sus et thalamo suo. **A**ug⁹. in sermone de natiuitate dñi. Pono verbū istud a patre sempiternē natū esse cogitem⁹ si valemus. si non valemus credamus. Non est h̄ qd̄ credere volumus sed tñ haud lōge positū ē ab vno quoq̄ nostrū. in illo quippe viuimus mouemur et sumus. Transcēdam⁹ carnē nostram in qua parentes añ filios viuūt. quia ut filios generare possent creuerunt. et filijs crescentibus iam senescunt. Quid nāq̄ filijs parentes vixerunt. quia et parētib⁹ mortuis filij victuri sunt. parū et ipse aliquid cogitādo qd̄ secū hñt sciēdo amittunt obliuiscēdo. qz nō et habebant ante

nascēdo. Cūcta corporalia t̄palia mutabilia transcēdam⁹ ut videamus super oīa per quē facta sunt oīa. Ascēsus n̄ i corde nostro est. quia et illud quo ascēdim⁹ p̄pe est. longe autē ab illo sumus. inq̄tum dissimiles sum⁹. Ascēdit igit̄ ad eū similitudo quā in nobis fecit et refecit. quia nō dū perfecta palpitat infirm⁹ aspectus. et ineffabilē lucis candorē intueri nequit.

**Q**ualiter pastores puerū natū inuenerunt. Beda vbi supra.

Cap. LXXIX.

**P**astores itaq̄ venerunt festinātes et inuenerunt deū hōminē natū. simul et eiusdē natiuitatis ministros assistētes. festinemus et nos fratres mei nō passibus pedū. sed bonū p̄fectib⁹ op̄e. eandē videre glorificatā hūanitatē cū eisdē ministris digna seruituti suę mercede remuneratis: festinem⁹ illud videre in diuina patris ac sua fulgente maiestate. Tāta quippe beatitudo non est cū desidia et torpore querēda. sed alacriter christi vestigia sunt sequēda. Nam ipse cursū nostrū data manu desiderat iuuare. delectaturq̄ a nobis audire. Trabe me post te zc. Citius ergo virtutū gressibus sequamur. ut cōsequi mereamur. Nemo cōverti ad dñm differat. ipsumq̄ p̄ oīa et ante oīa deprecem⁹. vt gressus nostros dirigat. **B**erñ. i sermone de natiuitate dñi. Notandum est qd̄ pastoribus legit̄ fuisse dictum ab angelo: Inuenietis infantē p̄nis inuolutū. et positū in presepio. Et p̄ pauca dicit euangelista: Inuenerūt Mariam et Ioseph et infantē positū in presepio. Quid qd̄ sola hūilitas videt̄ ab angelo cōmendari. nec sola tñ a pastorib⁹ inueniri? Forte specialius hūilitatē commendat. quia ruentibus ceteris p̄ supbiā ipse in hūilitate steterat. Aut certe p̄pterea cęlitus annūciat̄ humilitas. qz h̄ q̄si pp̄ria virtus diuinę maiestati digne exhibeat. Sola tñ non potuit inueniri. qz



semper humilibus datur gratia. Inne-  
nerunt ergo Mariam et Ioseph etc. Si-  
cut enim saluatoris infantia manifestat  
pretendit humilitatem. sic per virginem continen-  
tia. iusticia per Ioseph virum iustum. cuius  
laus est in euangelio. non incongrue desi-  
gnatur. Sane continentiam debere carni  
quis nesciat? Iusticia vero virtus est quod  
suum est cuique tribuens. et hec erga proxi-  
mos est necessaria. Porro humilitas deo  
nos reconciliat. deo facit esse subiectos.  
deus placet in nobis. ait virgo beata: Re-  
spexit deus humilitatem ancille sue. Itaque  
qui fornicatur. peccat in corpus suum. qui  
iniuriosus est in proximum. qui extollit et in-  
flatur in deum. Fornicator semetipsum de-  
honestat. Iniuriosus molestat proximum.  
Erat quod in se est deum inhonorat. Glo-  
riam meam ait dominus. alteri non dabo. Et su-  
perbus inquit: Mibi etiam licet non de deo  
usurpabo. Quod non placet ei angelica distri-  
butio deus gloriam deo. pacem hominibus. Quod non  
colit deum sed aduersus deum extollit. im-  
pius plane et infidelis. Quae enim pietas  
nisi cultus dei? Quis vero deum colit ni-  
si qui voluntati eius subiectus est? Et sic  
oculi seruatorum in manibus dominorum suorum.  
sic oculi cordis eius ad dominum deum suum.  
Ut ergo inueniat in nobis semper Ma-  
ria et Ioseph et infans positus in praesepe  
sobrie et iuste et pie vitam in hoc seculo.

**Q**uendam cognitum predicauerunt. Beda ubi supra.  
Capitulum LXXX.

**V**identes cognouerunt  
de verbo quod dictum erat illis de  
puero. Et nos ergo quae dicta  
sunt nobis de saluatore nostro deo et ho-  
mine. festinem interim pia fide percipere.  
plenaque amplecti dilectione. ut hec in fu-  
turo perfectae cognitionis visu valeamus con-  
prehendere. Hec etenim sola est et haec beatorum non  
solum hominum. sed etiam angelorum vita. faciem  
sui creatoris perpetuo videre. quam ardentem  
psalmista desiderabat quod dicebat: Siti-

uit anima mea ad deum fontem viuum. quam veniam  
et apparebo ante faciem dei. Cuius soli visio-  
ne. non ante vlla terrenarum affluentiarum rerum  
desiderium suum faciri posse signauit. cum  
ait: Faciabor cum apparuerit gloria tua.  
Verum quod non ociosi vel desidiosi. sed vir-  
tutum operibus insudantes diuina sunt digni  
contemplatione. promisit sollicite. Ego au-  
tem in iusticia apparebo prospectui tuo. Vi-  
dentes ergo pastores cognouerunt de ver-  
bo quod erat illis dictum de christo. quia vi-  
sio dei est eius cognitio. Et hec est sola  
beata hominis vita. ipso apostolo attestan-  
te. qui nos patri commendans. ait inter ce-  
tera: Hec est autem vita aeterna ut cognos-  
cant te solum verum deum. et quem misisti iesum  
christum. **G**lo. sup. Lucam. Et  
omnes qui audierunt mirati sunt. et tibi haec  
dicta erant a pastoribus ad ipsos. Mira-  
bantur siquidem mysterio incarnationis dominice.  
et de tanta pastorum attestatione quod fingere in-  
audita nesciret. sed facundia simplici ve-  
ra predicaret. Nec est impendenda pasto-  
rum attestatione. quam et dominus in veteri testame-  
nto dispensationis suae nuncios pastores or-  
dinauit. Sic et in nouo piscatores ad eu-  
gelicandum destinauit. **B**eda ubi supra.  
Itaque non celauere silentio pastores ar-  
cana quae diuinitus agnouerant. sed quibus-  
cumque potuere dicebant. Nam et spirituales ec-  
clesiae pastores in his maxime ordinati sunt.  
ut verbi dei mysteria predicet. et mira quae  
didicerint in scripturis miranda suis audi-  
toribus indicent. Nec solum episcopi presbyte-  
ri. diacones vel etiam rectores monaste-  
riorum. pastores intelligendi sunt. sed et  
omnes fideles qui vel paruule domus suae cu-  
stodiam gerunt. pastores recte vocantur.  
in quantum eidem domui suae sollicita vigilan-  
tia praesunt. Et quicumque saltim vni vel duo-  
bus fratribus quotidiano praesent regimi-  
ni. debet eiusdem pastoris officium im-  
plere. quia iubetur in quantum sufficit bos  
verbi dapibus pascere. Immo deo vnus-  
quisque qui etiam priuatus creditur viuere.  
pastoris officium gerit. et spiritualem  
pascens gregem vigilias noctis super illam



custodit. si bonorum actuum et mundarum cogitationum sibi multitudinem aggregat. **H**ec iusto moderamine gubernare celestibus scripturarum pascuis nutrire paucorum solertia contra immundorum spirituum insidias seruare potest. **M**aria autem preuabat omnia uerba hec conferens in corde suo. **C**onferbat ea que acta uidebat his que agenda legebat. **V**idebat enim se iuxta **E**saia de stirpe **D**avid ortam in naxareth de spiritu sancto filium dei precepisse. **V**idebat se iuxta **M**ichagam dominatorem israel que eternus ex patre deus ante secula natus est in bethleem peperisse. **V**idebat se uirginem concepisse filium peperisse. **V**idebat dominum in presepio positum quo bos et asinus solet nutriendum aduenire. **A**udierat uirtutes angelicas que sunt filie sion. in suppone ciuitatis apparuisse pastoribus in loco qui a conuentu pecorum antiquitus turris gregis uocabatur et est uno miliario ad orientem a bethleem. ibi nunc etiam in ecclesia tria pastorum illorum monumenta monstrantur. **C**onferbat ergo **M**aria ea que scienda legerat his que iam facta cognouerat. **N**on tamen hoc ore promens sed clauso in corde seruans ac uigili mente sedula scrutans. **V**irginalis enim pudicitie iura custodit. secreta christi que nouerat. nemini diuulgare uolebat. sed ipsum hoc quando uellet et quomodo uellet diuulgare reuerenter expectabat.

**Q**ui super his deum glorificauerunt. **A**p. LXXXI.

**R**euerfi sunt pastores glorificantes deum et laudantes in omnibus que uiderunt et audierunt. **D**iscamus et nos fratres charissimi a contemplatione dispensationis dominice. qua nobis pie subuenire dignatus est ad agenda semper beneficis eius gratias reuerti. **S**i enim illi sola eius adhuc cognita natiuitate. reuerfi sunt glorificantes et laudantes deum in his que audierunt et uiderunt omnibus. quamotenus oportet nos qui totam incarnationis eius serie ex ordi-

ne cognouimus. qui sacramentis illius imbuti sumus. non solum uerbis. sed etiam factis predicare gloriam et laudem eius in omnibus. **N**ec unquam obliuisci quod idem deus factus est. ut nos ad imaginem et similitudinem sue diuinitatis renascendo conficeret. **I**deo aqua baptizat. ut ad nostrorum scelorum ablutio nem aquarum omnium fluentia fecundaret. **I**deo etiam in heremo temptatus. ut temptatorem vincendo nobis quoque uincendi peritiam ac salutem tribueret. **I**deo mortuus. ut mortis imperium destrueret. **I**deoque surrexit et in celum ascendit ut nobis a mortuis resurgendi et in celestibus perpetuo regnandi spem. exemplumque tribueret.

**L**eo papa in sermone de natiuitate domini. **I**. **A**gamus igitur gratias dilectissimi deo patri pro filium eius in spiritu sancto. propter multam charitatem suam qua dilexit nos et miseratus est nostri. **E**t cum essemus peccatis mortui conuiuificauit nos ut essemus noua creatura. non uero que signum in ipso. **D**eponamus ueterem hominem cum actibus suis. et adepti generationis christi participationem renunciemus carnis operibus. **A**gnosce dignitatem tuam o christiane. et diuine consortis factus nature in ueterem uilitatem noli degenerare per uersionem recidere. **M**emento cuius caput et cuius sis membrum corporis. **R**eminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in dei lumen. et regnum per baptismatis sacramentum. spiritus sancti factus es templum. **N**oli tamen habitatorum prauis de te actibus effugare. et diaboli te iterum seruituti subicere. quia precium tuum sanguis christi est. quia in ueritate iudicabit. quia misericorditer te redemit. **A**ugustinus in sermone de natiuitate domini. **E**xpergiscere nunc homo. pro te deus factus est homo. **S**urge que dormis et exurge a mortuis et illuminabit te christus. **I**n eternum mortuus es. nisi in pre-natus esset. **Q**uomodo liberarer a carne peccati. nisi suscepisset similitudinem carnis peccati. **P**erpetua te possideret miseria. nisi fieret hec misericordia. **N**on reuixisses nisi tuum morti



conuenisset. perisses nisi venisset. **Fulgentius in sermone de eodem**  
**M**agnū vtiq; mysteriū. magnūq; di-  
 uine dilectionis indicium. homo deū con-  
 temnens a deo discessit. deus hominem  
 diligens ad hominē venit. **D**ilexit impi-  
 um ut faceret iustum. **D**ilexit infirmum  
 ut faceret sanū. **D**ilexit perversū. ut face-  
 ret rectū. **D**ilexit mortuū. ut faceret vi-  
 uū. **E**t quid amplius dicā. quando qui-  
 dem deus vnigenitus humanā naturā  
 tm̄ dilexit ut eā non solū a potestate ma-  
 li angeli liberaret: vtz etiam in seipso su-  
 per omnes bonos angelos in patris de-  
 xtera collocaret. **N**atura enī que in pri-  
 mo homīe a malo angelo captiuata fu-  
 erat. ipsa nūcī secūdo homine mundū a  
 peccato mundauit.

**De magnitudinis huius be-  
 neficij pensatione. Leo papa i  
 sermone de eodem.**

Cap. LXXXII

**I**taq; semper quidez di-  
 uerſis modis multiq; mensurj  
 humano generi bonitas diuina  
 consuluit. 7 plurima. puidentię suę mu-  
 nera cūctis retro seculis clementer imper-  
 trjt. **S**ed in nouissimis tēporibus omnē  
 abundantā solite benignitatis excessit.  
 cum ipsa in christo misericordia ad pec-  
 catores. ipsa veritas ad errantes. ipsaq;  
 ad mortuos vita descendit. ut verbū il-  
 lud genitori coęternū 7 equale in vnita-  
 tem deitatis suę naturā assumeret humi-  
 litatis nostrę. 7 deus de deo nat<sup>9</sup> idem  
 etiā hō nasceretur de homine. **H**oc qui-  
 dem a cōstitutione mundi pmissū 7 mul-  
 tis significatiōib; rex atq; verbor; semp  
 fuerat. pphetatū. **S**ed quantā hominū  
 portione figurarū illarū atq; mysterio-  
 rum fides obumbrata saluaret. nisi lon-  
 ga 7 occulta pmissa suo aduentu christ<sup>9</sup>  
 impletet. 7 q; tunc paucis credentib; pro-  
 fuisset effectū. **R**os iam ergo nō signis.

nō imaginib; ad fidem ducimur. sed enā  
 gelica historia cōfirmati. qd factum cre-  
 dimus adoramus. accedentibus ad eru-  
 ditionem nostrā. pphetid instrumētis ut  
 nullo mō habeam<sup>9</sup> ābiguū. qd tāq; ora-  
 culis scimus esse p̄dictū. **E**xultent igit<sup>9</sup>  
 in laudē dei corda credentium. 7 mirabi-  
 lia eius cōfiteantur filij hominū. qm̄ in  
 hoc p̄cipue dei opere humilitas nostra  
 cognoscit. quātū eam suus conditor esti-  
 mauit. **Q**ui cum origini humane mul-  
 tū dederit. qd nos ad imaginē suā fecit.  
 reparationi nostrę longe amplius tribu-  
 it. cū seruili formę ipse se dñs coaptauit.  
**Q**uānis enim ex vna eadēq; pietate sit  
 quicquid creature creator impendit. mi-  
 nus tm̄ mirum est hominē ad diuina p̄fi-  
 cere. q̄ deū ad hūana descendere. **H**oc  
 aut̄ nisi dignanter oīpotēs faceret. nul-  
 la quenq; species iusticię. nullaq; forma  
 sapientię a captiuitate diaboli 7 a p̄fun-  
 do ęternę mortj erueret. **C**ondemnatio  
 enim ex vno in omnes cū peccato trasi-  
 ens permaneret. 7 letali vulnere tabefa-  
 cta natura nullū remedium reperiret. qz  
 p̄ditionē suā suis virib; mutare nō pos-  
 set. **M**aximus in sermone de  
 eodem. **I**n aduentu aut̄ dñico solus  
 est omnis metus paternę p̄uaricatiōis  
 quē dudū circūuenta mortalitas incur-  
 rit fraudibus diabolicis. **A**dest enī no-  
 bis cęli terreq; iudex. q̄ reciso cbyrogra-  
 pho delictor; nostrū miseratus absoluit  
 reatum. **A**dest dñs ille qui nostris a cer-  
 uicibus in gū captiuitatē antiq; memo-  
 rē mūdi letificat ęterna libertate. **A**dest  
 rex ille māfuetus. qui per totius orb; spa-  
 cia cęlestis iusticię gressibus incedat. 7 su-  
 perbientē furentis inimici tyrannidē se-  
 dat. **B**ern̄. in sermone de na-  
 tiuitate domini. **B**enedictus ergo  
 deus pater misericordiar; 7 deus totius  
 cōsolationis. qui p̄pter nimiam charita-  
 tē suā qua nos dilexit. filium suū dile-  
 ctum nobis misit. in quo ei bene cōpla-  
 cuit. per quē reconciliati pacē habeam<sup>9</sup>  
 ad eum. idēq; nobis hui<sup>9</sup> recōciliatiōis



mediator et obses sit. **N**ō est quod vereamur sub tā pio mediatore. **N**ō est quod de tā fido dubitemus obside. **S**ed qualis mediator est inquit qui in stabulo nascitur in presepio ponitur pannis involuitur: plorat ut ceteri. **I**nfans plane mediator est et in omnibus que ad pacem sunt non profunctorie sed efficaciter puidet. **I**nfans quidem est sed verbum infans cuius nec ipsa quidem infantia tacet: **C**onsolamini consolamini dicit dominus. **D**icit emmanuel nobiscum deus. **C**lamat hoc stabulum clamat presepio clamant panni clamant lachryme clamant stabulum curando sese homini qui in latrones incidere preparat clamant presepio eidem homini qui iumentis copatus fuerat pabulum ministrari clamant lachryme clamant panni eiusdem ipsius cruciata vulnera ablui et detergi. **N**ullo siquidem horum christus eguit nihil horum illi propter se magis aut omnia propter electos suscepit. **V**erebuntur filium meum ait pater misericordiaz. **P**lane reuerentur eum non iudei ad quos est missus sed electi propter quos missus. **R**euerentur eum nos in presepio reuerentur in patibulo reuerentur in sepulchro. **D**euote suscipimus tenerum propter nos crucientem propter nos pallidum propter nos reuerentem sepultum propter nos. **D**euote adoramus cum magis deuote cum sancto symeone amplectimur infantiam saluatoris.

**D**e pueri iesu circumcisione. **I**dem sermone de circumcisione. j. **C**ap. LXXXIII.

**P**ro verbo abbreviatum in carne amplius abbreviatum est etiam carnis suscepta circumcisione. **M**inorat paulominus ab angelis dei filius humanam naturam induit. **S**icut iam nec ipsum respues humanam corruptiois remedium plane multo minorat est ab eis. **H**abemus etiam magnam fidei documentum et manifestum humilitatis exemplum. **A**d quid enim domine iesu circumcisio necessaria tibi que

nec peccatum commisisti. nec contraxisti? **Q**uod ipse ne feceris etas manifestat. quod non contraxeris. multo certius et patris diuinitas et matris integritas probat. **S**umus sacerdos es quem nec super matrem nec super patrem contaminandum probatum est in lege potius quam mandatum. **E**st enim tibi pater ab eterno. **S**ed deus in quem peccatum non cadit. **E**st et mater ex tempore sed virgo. nec in corruptio corrupte la parere potuit. **S**uper hec omnia circumcidit puer agnoscit sine macula. **E**t si non eguit tamen circumcidi voluit. nec vllum quidem vestigium vulneris refugit. **N**ō sic impij. non sic elationis humanam pueritas agit. **L**igaturam vulneris erubescimus. qui gloriam interdum etiam de vulneribus. **A**t is quem nemo potest arguere de peccato. peccati remedium et verendum pariter et austerum sine vlla necessitate suscepit. nec cultum lapideum repulit. in quo solo vetus illa que eraderetur rubigo non fuit. **N**os contra inuerecundiam ad obscenitatem culpe erubescimus penitentiam agere. quod est extreme demeritum. male in vulnera proni. penis in remedia vererundi. **E**cce qui peccatum non fecit. non indignatus est se peccatorem reputari. nos autem esse volumus et nolumus estimari. **I**ta ne sano medicina est opus et non male habentibus? **I**mo homo ita ne eget medicamine. non eger sed medicus? **Q**uis hominum equanimiter manum circumcidendam admitteret tantum sibi non dicam glorie sed vel innocentie conscius? **C**hristus homo patienter que non rapuit exolvebat. qui purgationem delictorum facere non suscipere venerat. **S**ed dicet. **Q**uid ni susciperet puulum? **I**mo homo quid ni suscipet humilis et mansuetus? **Q**uid ni obmutescit coram circumcidente. qui coram tundente obmutuit. coram crucifigente siluit? **A**lioquin non illi erat difficile carnem suam integram conseruare ne scinderetur. qui fecerat ne virginis vteri porta in exitu suo aperiretur? **N**ō erat difficile paruulo prohibere. ne caro illa circumcideretur. quando nec mortuo fuit difficile custodire ne corrumperetur.



**De causa circūcisionis institute.**  
**Idēij. Cap. LXXXIII.**

**I**de quidē ab initio de-  
 us acceptavit modum. 7 nihil  
 vnq̄ illi equitati placuit imo-  
 deratū. Hinc ē q̄ nō mō ī pondere 7 mē-  
 sura 7 numero vnīversa cōdidit. sed ipse  
 quoq̄ p̄tinus hōī cōdito modū p̄scri-  
 psit. mādatū cōtulit dicēs: Ex oī ligno  
 paradisi comede. sed nō de ligno sc̄e boni  
 7 mali. Lenissimū plane mādatū erat. 7  
 larga oīo mēsurā. Sed trāsgressus ē hō  
 p̄scriptū sibi modū. 7 cōstitutū sibi p̄ter-  
 gressus est terminū. Unde 7 deus ab eo  
 faciē suā auertens. vix tandē in diebus  
 abrae amici sui placabilis fieri incipiens.  
 rursus modū instituit. 7 pmulgauit legē  
 sed nō vsq̄ quaq̄ priori simīlē. Illa siq̄  
 dem fuerat ad cautelā. hęc ad medelā.  
 Ibi p̄hibitio facta ē. ne Inp̄fluitas sub-  
 intraret. hic abscisio indicta est. ut sacra-  
 mēti remediū illā quę subintrauerat tol-  
 leret. Postremo illa quidē ī arboze da-  
 ta est hōī. ne fructu illius veleretur. hęc  
 autē in corpore pp̄rio ut caro p̄putij scinde-  
 ret. Nec dubiū sane quin cetera q̄z cor-  
 poris hūani mēbra illud additamētum  
 leuiathan occuparet. venenū sc̄z cōcupi-  
 scentie 7 imoderatę atq̄ inordinatę ille-  
 cebra voluptatū. ut oībz necessaria vide-  
 retur quedā abscisio generalis. Vex qz  
 singuloz abscisio nē mēbroz hūane car-  
 nis fragilitas 7 infantilis etatis infirmi-  
 tas nullaten⁹ sustinebat. p̄ moderamine  
 dispositio p̄uidit sup̄na. ut in ea potissi-  
 mū p̄te castigaret concupiscētia. in q̄ ve-  
 hementius eā sentire ac violentius mali-  
 gnari cōstabat. In omni quippe cōtra-  
 dicentiū spiritui rebellionē mēbroz. solū  
 illud inuenit a deo cōtumax ut cōtra oēm  
 volūtatē deliberationēz ad inhonestos  
 7 illicitos motus assurgat. Nā q̄ hęc cir-  
 cūcisio die octaua fiebat spem regni ce-  
 lestis cōmendabat. q̄ videlicet ad p̄mū  
 reflexus diez circulus p̄ferre quādā coro-  
 nę speciē videret. Hinc est q̄ octaua po-

tissimū dies post solēnitates p̄cipuas ce-  
 lebraf. 7 in sermone dñi primę beatitudi-  
 ni octaua copulat. ut celestis regni de-  
 mū iterata p̄missione nobis euidenter co-  
 rona fabricet. **¶ Beda in omel. de**  
**circūcisione domini.** Vdex autē  
 salutifere curationis auxiliū circūcisio  
 contra originalis peccati vuln⁹ agebat ī  
 in lege. qd̄ nūc baptismus agere consue-  
 uit. reuelatę grę tpe excepto q̄ regni cele-  
 stis ianuā nondū poterāt intrare. donec  
 adueniēs bñ dictionē daret qui legē de-  
 dit. ut de⁹ deoz ī sion videri possit. Tā-  
 tum in sinu abrae post mortē beata rege  
 cōsolati sup̄nę pacis ingressū expectabāt  
 spe felici. Qui enī nūc per euāgelium suū  
 terribiliter ac salubriter clamat. Nisi q̄s  
 renatus fuerit ex aqua 7c. ipse dudū per  
 legē suā clamabat. Vasculus cuius p̄-  
 putij caro circūcisa non fuerit. peribit de  
 pp̄lo suo. quia pactū meū irritū fecit. Hęc  
 quia vite pactū hoībz in paradiso manda-  
 tum Adam p̄uaricāte trāsgressus ē. in  
 quo peccauerūt oēs. peribit de cętu san-  
 ctōz. si remedio salutari nō fuerit subie-  
 tum. Vtraq̄ ergo purificatio. sc̄z 7 ī le-  
 ge circūcisionis. 7 in euāgelio bap̄tisma-  
 tis posita est tollēde gratia primę p̄uari-  
 cationis. Et ne cui seculi labēz etati su-  
 perni respect⁹ munera decissent. illi q̄z q̄  
 a mūdi exordio vsq̄ ad tpa datę circū-  
 cisionis. vel post datāz circūcisionem de  
 alijs nationibz deo placuerūt. vel hostia  
 rī oblationibz. vel certe sola fidei virtu-  
 te. suas suozūq̄ aīas creatori cōmendā-  
 tes. a primi reat⁹ vinculis absoluerē cu-  
 rabant.

**De causa circūcisionis dñice**  
**Cap. LXXXV.**

**¶ Ad veniens in carnem**  
 qz solā carnis naturaz nullāq̄  
 peccati cōtagionē de Adā tra-  
 xit. nullo munere gratię renascētis indi-  
 guit. vtrumq̄ tñ purificationis gen⁹ est  
 subire dignatus. s. 7 a parentib⁹ octaua



die natiuitatis circūcisus. et anno trigefi-  
mo a Iohāne baptizatus. Imo tertius  
quoque salutaris hostie munus offerri p  
se non respuit ipse tēpli dñs. ut et cōsum-  
mādo iam legis decreta suo tpe doceret  
eē salubrima. et adueniēt euāgelij cūctis  
fidelibz ostēderet eque subeūda remedia  
**U**t enī nobis necessariā obediēdi virtutē  
exēplo scipuo cōmendarēt. factū sub le-  
ge filiū suū misit deus in mundū. non q  
ipse qui legislator et iudex ē q̄c̄q̄ legi de-  
beret. sed ut eos qui sub lege positi legis  
onera portare nequuerāt. sua cōpassio-  
ne inuaret. ac de seruili cōditione que sub  
lege erat ereptos in adoptionē filioz q̄  
per gratiā ē sua largitate reduceret. **S**ul-  
cepit igitur circūcisionē lege decretā in  
carne qui absq̄ oī p̄sus labe pollutiois  
apparuit in carne. **E**t qui in similitudine  
carnis peccati. nō autē i carne peccati ad-  
uenit. remediū quo caro peccati cōsueue-  
rat mūdari non respuit. sicut etiā vnda  
baptismat̄ qua noue gratie p̄p̄os a pec-  
catorū sorde lauari voluit. ipse nō neces-  
sitaris s̄ exēpli causa subiit. **Berni. i**  
**sermone de eodem.** In hac ergo  
circūcisione dñi habemus qd̄ amem⁹ et  
admiremur. habemus etiā qd̄ imitemur.  
Die quippe natiuitatis suę habitu iuen-  
tus ut hō. minoratus paulomin⁹ ab an-  
gelis. **S**ed die circūcisionis multomin⁹  
ab angelis. q̄ nō solū formā habuit ho-  
minis. sed et peccatoris. et infix⁹ est velut  
quodā cauterio latronis. **I**lla die i hu-  
ius mūdi carcerē aduenit. **I**n hac autē  
catenas et vincula nostra suscepit. ac sub  
lege factus qui legē dedit ut reos absol-  
ueret. innoxias manus eoz catenis inse-  
ruit. **Q**uid est enī circūcisio nisi supflui-  
tatis et peccati indicium? **I**n te hō dñe ie-  
su quid ē qd̄ circūcidit supfluum? **R**ōne  
tu verus deus de deo patre. ver⁹ hō sine  
oī pctō de hōmine mīre? **Q**uid ḡ faciē o-  
parētes eū circūcidētes? **P**ōt ne p̄r obli-  
uiscā filij vteri sui? aut nō eū cognosceret  
nisi signū circūcisionis h̄ret? **I**mo vere.  
**Q**uō posset illū in q̄ ei bñ cōplacuit nō

agnoscere filiū? **E**t s̄ maxie signo igno-  
rare poterat eū. innēta in eo circūcisione  
quā pctōribz ipse p̄viderat ob purga-  
tionē vtiq̄ vitioz. **S**ed qd̄ mirū si ca-  
put p̄ mēbris curationē accepit. quā tñ  
in semetipso necessariū nō habuit. **R**ō-  
ne et in mēbris nostris sepe p̄ vni⁹ morbo  
alteri adhibet curatio? **D**olet caput et i  
brachio fit coctura. dolet renes et fit in ti-  
bia. **S**ic ista die p̄ totius corporis putredi-  
ne cauteriū qd̄dā infixū ē in capite. **D**e-  
niq̄ quid mirū. si p̄ nobis dignat⁹ ē cir-  
cūcidi. p̄ quibz dignat⁹ est mori? **L**otus  
siqdē mihi dat⁹. et tot⁹ in meos vsus ex-  
pensus ē. **E**go enī audiēs q̄ transiret añ  
carcerē meū filius regi magni. altius ge-  
mere cepi. et miserabili⁹ exclamare dicēs:  
**F**ili David miserere mei. **A**t ille sic be-  
nignissimus. quis nā ē inquit iste quem  
audio fletus et vlulat⁹? **E**t dicūt ei. **I**p-  
se est Adam p̄ditōr. ille quē pater vester  
mitti fecit in carcerē donec cogitet quibz  
illū supplicijs faciat interire. **Q**uid age-  
ret ille cuius natura bonitas. cui pp̄rium  
est misereri semp et p̄cere? **I**n carcerē de-  
scendit. ut educeret vinctū de domo car-  
ceris venit. **J**udgi hō nō imemores odi  
quo patrē oderant exercuerunt illud i fi-  
lium. ipso dicente. quia oderūt me et pa-  
trem meum. **I**mpj̄ nāq̄ quibus grauis  
erat etiā ad videndū. **D**ic est inquit  
heres. venite occidamus eū. **S**ic igitur  
agnum dei occiderūt. i suam quidē per-  
niciem. sed in nostrā salutem. **I**lli quip-  
pe sanguinem agni fuderunt. nos accē-  
simus et bibimus illū. **C**alicē salutarij in-  
ebriantem q̄ preclaruz accipimus et inde  
gratias agimus.

**D**e nominis ipositione Be-  
da vbi s̄. **Cap. LXXXVI.**

**S**ed et hoc q̄ eodem die  
circūcisionis suę nomen ut ie-  
sus vocaretur accepit. ad imita-  
tionē obseruationis p̄sting fecit. **Q**uā  
ex eo credim⁹ s̄ptā. q̄ **A**braā p̄riarcha



qui primus circūcisionis sacramentum ī  
 sue fidei magne ac pmissionis ad eū diui  
 ne testimoniū accepit. p eadem die sue  
 suorūq; circūcisionis etiā nomis ampla  
 tione simul cū sua coninge benedici pro  
 meruit. ut qui eaten? **Abraam** pater excel  
 sus dictus ē. Deide **Abraā** multax gē  
 tium pater vocaret. q; patrē inqt multa  
 rū gentiū cōstitui te. **Que** pmissio fide  
 lissima tam late p orbē iam patet imple  
 ta. ut etiā nos ipsi de gētibus ad illius fi  
 dei deuotionē vocati. nos ipsū patrem  
 spūaliter gaudeam? habere. aplo q; di  
 cente nobis: **Si** autez vos **Christi**. ergo  
**Abrae** semen estis. fm pmissionem hēre  
 des. **Et Sarai** inquit vxorē tuā nō vo  
 cabis **Sarai** sed **Saram**. i. nō principē  
 meā. s; principē. videlicet aperte docēs.  
 vt eā que tanta fidei pteps & socia fa  
 cta ē. nō. pprie principē sue domus. s; ab  
 solute principē. i. oīz recte credentiū fe  
 minarū vocaret & intelligeret esse parētē  
**Unde** beatus petrus credētes ex gētibus  
 femias puocans ad virtutē hūilitatē ca  
 stitatē atq; modestiē. meminit eiusdē ma  
 tris nre **Sare**. debita cū laude. **Sic Sa**  
**ra** inqt obediebat **Abrae** dñm eū vocās  
 cuius estis filiē bñfaciētes. nec vllā ptur  
 bationē timētes. **Hec** fratres dixim?. vt  
 singuli vestrū meminerit. etiā seiplos p  
 cepta fide christi cū patriarchis nominis  
 excelsi cōsortiū meruisse. seq; pcepta ba  
 ptismi salutaris ī **Christo** purificatione  
 deriuatū a christi noīe cognomē gaude  
 ant mutuasse. **Et** s; vsq; in finē seruare  
 cōtēdāt. firmū & intemeratū illud **Esaię**  
 vaticiniū ī se gaudentes eē cōpletū: **Ser**  
 uos suos vocabit noīe alia. i. noīe chri  
 stiano. quo nunc oēs serui christi se dele  
 ctātur insigniri. **Rec** enī ē aliud nomē s; b  
 celo datū hoīb; ī q; oporteat nos saluos  
 fieri. **Unde** pueniēter adiūgit p ppham  
**In** q; q; bñdicēdus ē sup terrā bñdicet  
 a deo amen. **Dicit** & alia de eodē: multi  
 plicandā q; de gētibus ecclesiā: **Videbūt**  
 gētes iustū tuū & cūcti reges inclytū tuū  
 & vocabit tibi nomē nouū qd os dñi no

minauit. **Cur** aut puer q; nat? ē nobis &  
 filius dat? ē nobis iesu. i. saluator; nomē  
 accepit. expositione nō indiget. ut a nob  
 intelligi possit. s; intētionē sollicita & vi  
 gili. vt nos q; possim? eiusdē nomis pti  
 cipatiōe saluari. **Legim?** n. itēptari an  
 gelū. q; ipse saluū faciet pplm suū a pctis  
 eoz. **Indubitāter** q; credim? ac speram?  
 q; q; saluat a pctis. ipse q; saluabit ab il  
 lis que ob pctā ptigerūt corruptionibus  
**P**s testāte q; ait. **Qui** ppitiat oīb; iniq;  
 tatibus tuis qui sanat oēs infirmitates  
 tuas. **Dimissis** n. oīb; iniquitatib; nris  
 oēs languores nostri ad integrū sanabū  
 tur cū gloria resurrectionis apparēte no  
 uissima mors inimica destruetur.

## De nominis iesu vocatione Berni. in sermone de circūcisio nedñi. Cap. LXXXVII.

**M**erito sane dum puer q;  
 natus ē nobis circūcidit salua  
 tor; vocat. q; videlicet ex h; iam  
 cepit nostrā opari salutē. imaculatū il  
 lū p nobis fūdens sanguinē. **Rec** enī  
 iam ē querere cur voluerit circūcidi. pp  
 h; enī ē circūcisus ppter qd ē passus. **Ni**  
 bil h; ppter se. s; oīa. ppter electos volu  
 it agere. nec in pctō genitus. nec a pecca  
 to circūcisus. nec p pctō suo mortus. **Qd**  
 vocatū ē inquit ab angelo priusq; cōci  
 peret in vtero. **Vocatū** plane nō impo  
 sitū. **Repe** hoc ei nomē ē ab eterno. **Vt**  
 enī saluator sit. habet a ppria natura. &  
 h; ei nomen inatū est. nō indictum ab hu  
 mana vel angelica creatura. **Sed** quid  
 qd egregius ille. ppha puerū istū p̄dicēs  
 multis noīb; appellādū fore videt h; vnū  
 tacuisse? **Vocabit** inquit nomē ei? ad  
 mirabilis zc. **Magna** quidē noīa. **Sed**  
 vbi est nomē qd ē sup omne nomē. vide  
 licet nomē iesu ī quo flectat omne genu?  
**Fortē** in his oīb; inuenies illud vnum  
 sed expressū quodāmodo & effusum. **De**  
 hoc enim in amous cātico sponsa dicit:  
**Oleū** effusum nomē tuū. **Dabes** igitur  
 vnum in his omnibus appellationibus



**J**esu. nec oio vocari vel ee saluator pos-  
 set. si hoz quippiã defuisset. **Q**uid n-  
 vere admirabile experti singuli sumus in  
 mutatione volutatũ nostrarũ? **H**oc enĩ  
 est saluationis nrę p̄cipiũ cũ incipim⁹  
 respuere quod diligebam⁹. dolere vnde  
 letabamur. amplecti qđ timebamus. seq̄  
 qđ fugiebam⁹. optare qđ cõtemnebam⁹  
**A**dmirabilis plane. sed ⁊ consiliariũ ex-  
 hibet se in electione penitentię. ⁊ ordina-  
 tione vitę. ne forte nobis celus absq; sci-  
 entia sit ⁊ volutatũ bonę p̄uidentiã desit  
**O**pus est aut̄ ut deum quoq; p̄temus in  
 priorũ scz delictorũ remissione sine q̄ non  
 p̄t cõstare salus. **R**emoq; p̄t peccata  
 dimittere nisi solus deus. **V**er̄ ne id q̄  
 dem sufficit ad salutẽ. nisi fortẽ etiam in  
 expugnando impugnãtes nos experiam̄-  
 ne. s. ab eisde rursũ cõcupiscẽtijs sup̄em̄.  
 ⁊ fiãt nostra nouissima deteriora priori-  
 bus. **V**idet̄ ne iam aliquid deesse salua-  
 tori? **D**eesset plane qđ maximũ est. nisi ⁊  
 futuri seculi pater esset. ut per eũ scz resur-  
 gamus in immortalitatẽ qui p̄ presentis  
 seculi patrẽ generamur ad mortẽ. **R**eq;   
 hoc satis esset si nõ etiã princeps pad nos  
 patri recõciliaret. cui traditurus ẽ regnũ  
 ne forte sicut filij perditionis vtiq; nõ sa-  
 lutis resurrecturi videremur ad suppliciũ  
**S**ane multiplicabitur eius imperiũ. vt  
 merito saluator dicatur. etiã p̄ multitu-  
 dine saluandorũ. ⁊ pacis nõ erit finis. vt  
 verã noueritis salutẽ esse que non possit  
 saltẽ timere defectum.

**A**terum de eodem. **I**dẽ in s.  
 Cap. LXXXVIII.

**C**onsidera quoq; mag-  
 nũ ⁊ admirabile sacramentum.  
 puer circũcidit̄ ⁊ **J**esus vocat̄  
**Q**uid sibi vult illa conuexio? **C**ircumci-  
 sio nempe nõ saluatoris esse videt̄. s. sal-  
 uãdi. magisq; saluatõrẽ circũcidere de-  
 cet quã circũcidi. **S**ed agnosce mediato-  
 rẽ dei ⁊ hõminũ qui ab ipso exordio sue  
 natiuitatĩ sociat̄ hũana diuinis. ima su-

mis. **N**ascit̄ ex muliere. sed cui fecundita-  
 tis fructus sic accedat. ut flos virginitatĩ  
 non decidat. **P**annis inuoluit̄. sed ipsi  
 panni angelicis laudibus honorãt̄. **A**b-  
 scondit̄ in p̄sepio sed stella p̄ditur radiã  
 te de celo. **S**ic ⁊ circũcisio veritatẽ p̄bat  
 susceptę hũanitatĩ. **E**t nomẽ qđ est sup̄  
 omnem nomẽ gloriã indicat maiestatis.  
**C**ircũcidit̄ tanq; verus filius **A**brã. ⁊  
 tanq; fili⁹ dei vocat̄ **J**esus. **N**õ enĩ ad  
 instar priorũ me⁹ iste **J**esus nomẽ vacuũ  
 aut inane portat. nec est in eo magni no-  
 minis vmbra sed veritas. **I**dẽ **s**  
**per Lantica omel. xv.** **O**leũ inq̄t  
 effusum nomẽ tuũ. **O**leũ nẽpe lucet. pa-  
 scit ⁊ vngit. lux. cibus. medicĩa. **E**t spõ-  
 si nomen lucet p̄dicatũ. pascit recog-  
 tatũ. lenit ⁊ vngit inuocatũ. **Q**uid eque  
 mentẽ cogitãtis impugnat. virtutes ro-  
 borat. mores vegetat. **A**ridus est omnis  
 animę cib⁹. si nõ oleo isto infũdit̄. **H**ispi-  
 dus si nõ s. sale cõdit̄. **S**i scribas nõ sa-  
 pit mihi nisi ibi **J**esũ legero. **S**i dispu-  
 tes aut p̄feras. nõ mihi sapit. nisi ibi **J**e-  
 sus sonuerit. **J**esus mel in ore. melos in  
 aure. iubilus i corde. **D**eniq; vocabitur  
 ait p̄pheta nomẽ eius admirabilis. p̄sili-  
 arius. deus fortis ⁊c. **H**oz nominũ pri-  
 mũ tertium quartũ sonat maiestatem. reliq̄  
 ho pietatẽ. **Q**ũd igit̄ hoz effundit̄ cũ p̄-  
 fecto maiestatis nomẽ atq; potẽtiẽ in id  
 qđ ẽ pietatĩ ⁊ grę qđã mō trãssũdit̄ ⁊ effũ-  
 dit̄ habẽde p̄ **J**esũ christũ saluatõrẽ no-  
 strũ. nomẽ verbi causa qđ deus ẽ. nonne  
 in id qđ est emanuel. i. nobiscũ deus li-  
 quesit ⁊ deficit. **S**ic id qđ est admirabi-  
 lis in id qđ est cõsiliarius. **S**ic de⁹ ⁊ fortĩ  
 in ea que sũt pater futuri seculi ⁊ p̄iceps  
 pacis. **U**bi iã id qđ apud antiquos tam  
 terribiliter q̄ frequẽter intonare solebat  
**E**go dñs. ego dñs: mihi dictat̄ oratio  
 cuius p̄ncipiũ dñi paterno noĩe dulcescit  
 sequentiũ obtinẽdarũ petitionũ fiducia  
 tribuit. **R**ichardus de sancto  
**victore.** **P**uer deniq; qui natus ẽ no-  
 bis admirabilis gloriã. cõsiliarius sapiẽ-  
 tia. deus natura. fortis potentia. pater



miseriordia. princeps iusticia. Admirabilis gloria. quia et angeli p̄ nimia admiratione glorię ei⁹ in ipsum p̄spiciētes deficiūt. et cantāt dicētes: Pleni sūt cęli et terra gloria tua. **A**ssiliarius sapientia. qz magni cōsiliij angelus existit. q̄ loquimē in inuio iniquitatis. et infidelitatis errantē ad viā veritatis et equitatis reduxit. **D**eus natura. qz deitatem habet p̄ naturam. et alijs tribuit esse deos p̄ gratiam. **F**ortis potētia. qz principē huius mūdi custodientē atriu suū. i. mūdu potenter debellauit. et vasa ei⁹. i. aias in quib⁹ iniquitatem posuerat. ad vitam tñ p̄destinataf diripuit et ipsū eiecit et alligauit. ne more antiquo in hoīe dominet. donec in tēpore antichristi ad modicū ipsius p̄missione soluat. et postea cū suis in die iudicij ī infernū redigat. **P**ater misericordia. qz paterna pietate ad nos venit et nos redemit et iustificauit et beatificauit. **V**enit p̄ hūanitatē. redemit p̄ passionē. iustificauit p̄ grām. beatificauit p̄ gloriā. **P**riniceps iusticia. qz reddet unicuiqz qd suū ē. bona bonis et mala malis. bonis gloriā malis p̄nam.

**D**e mysterio testiu eius dē nominis. **Berñ. vbi supra.**  
Cap. LXXXIX.

**N**on est igitur in eo magni nominis ymbra s̄ x̄itas solida. **R**eliquū siquē indictū nomē euāgelista testat. **Q**d vocatū est. inquit ens ab angelo p̄ulqz in vtero cōciperet. **E**t attēde x̄bi. p̄fūditatē. qz postqz natus ē **J**esus vocat ab hoībo qd p̄ ab angelo fuerat vocatus. **I**dē enī et angeli saluator et hoīs. sed hoīs ab icarnatiōe. angeli x̄o ab initio creature. **O**rigenes in sermone de eodem. **D**eniqz vocabulū **J**esus gloriofū nomē qd est sup oē nomē. omni adoratu cultuqz dignissimū. nō decuit primū ab hoībus appellari. nec ab eis in mūdu efferrī. s̄ ab excellentiori natura quadā atqz maiori

**Berñ. vbi s̄.** **V**ocatū est nomen ei⁹ ait **J**esus. qd vocatū erat ab angelo prius. **I**n ore ḡ duoz vel triū testiu stat omne verbū. **E**t id ipsū qd in p̄pha dicitur abbreviatū. manifestius in euangelio legit caro factū. **N**os utiqz fr̄es mei respicit hęc parabola. **C**hristus enī nec euāgelico testimonio nec hūano eguit. s̄ ut scriptū est. oīa p̄pter electos sustinuit. **T**riplex p̄inde querēdū nobis est p̄rie salutis testimoniū. ne forte videam̄ assūpsisse dei nomē inuanū. **E**t nos. n. circūcidi necesse est sicqz nomē salutis accipe. circūcidi sane nō littera sed spū et veritate. nō vno mēbro sed toto simul corpore. **L**icet enī additamētū leuiathan quod a malo ē et amputari debet maḡ in ea parte regnet in q̄ iudeis mandata ē circūcisio. tñ vniuersam occupat carnē. et a plāta pedis vsqz ad verticē nō ē in nobis sanitas. **N**ec est ali qua pars que nō tabida sit ex hoc veneno. **P**ropterea sic parvulus in fide et dilectione plus cōgruū sibi mādatū exigue circūcisionis accepit sed postqz in viz p̄fectiore creuit baptizari videt̄ corpe toto que totius hominis est integra circūcisio. **H**inc est qd saluator noster et octauo die circūcidi. et post annū trigēsīmū dignat⁹ est crurifigi. vbi corpus oē distentū est ī p̄gnā. cui⁹ similitudini mortis cōplātamur et nos. ut scribit ap̄tus. dū qd nouissime traditū ē obseruam⁹. **Q**ue ē aut̄ moralis circumcisio n̄ra nisi quā idē ap̄tus cōmēdat. victum inquit ac vestitū h̄ntes his contēti simus. **O**ptime. p̄sus nos circumcidit et supflua resecat vniuersa paupertas voluntaria. labor p̄nitētię. **R**etex in hac ipsa circūcisione triplex nobis querēdū ē ab angelo. s. et **M**aria et **J**oseph testimonium salutis nostre. **O**portet inqz ut ante oīa nobis angel⁹ magni cōsiliij nomē salutis imponat. **D**e hinc et ipsius p̄gregationis attestatio necessaria est que tāqz mater singuloruz est. **M**ater inqz virgo tanqz ea quā respondit ap̄tus vni viro x̄ginē castam exhibere christo. **S** nec



ipsius ministri cōtēnendū est testimoniū ei qui querit imitari saluatori exemplū: hic est Ioseph spōsi quidē locū obtinēs reuera autē hūus et dispēsator existēs. qui sane p̄r vocat. magi autē nutriti? eē pbat

**De circūcisione morali. Ori- genes vbi s. Cap. XC.**

**S**icut ergo iuxta sententiā apli. cū mortui sum? cū isto moriēti. et p̄surrexim? resurgētis. sic etiā cū eo sum? circūcisi. ac solēni circūcisione mūdati. Ideo q̄z iā nō indigemus circūcisione carnali. Et ut scias illū p̄pter nos fuisse circūcisū: Audi manifestissime p̄dicatē Paulū. In illo inquit estis repleti i q̄ estis et circūcisi. circūcisione nō manufacta in expoliatiōe corpis carnis in circūcisione christi. **Idem super Benesim omel. iij.** Quis autē gladi? vel machera petna sit q̄ circūcidit? p̄p̄tus dei aplm dicētē audi: **Vin?** est inqt hmo dei et efficac. et penetrabilior oī gladio ancipiti zc. In oibz tñ mēbris nris frēs mei. suscipite dignā circūcisionē nē hbi dei. Circūcisē sint aures nre hmi dei hbi. et vocē obtrectatū nō recipiāt. cōpilent? et clausē sint ne iudiciū sāguis audiāt. aut ipudicā cātīd et sonis theatralibus pateāt. nihil obscenū recipiāt. Tales. n. aures i auditoribz suis dñs req̄rebat cū dicebat: **Qui habet aures audiēdi audiāt.** Nemo q̄ppe pōt auribz i circūcisi et imūdis audire hba sapiē et h̄itaq̄ **Sz** et ille q̄ a scumilitate ac detractiōe et calūnia et ineptia et ceteris oibz q̄ indigna sūt ore christiano p̄tinet suū. et disponit h̄mones suos in iudicio. linguā tēperat. h̄ba moderat. iste merito circūcisi dē labijs. **Siq̄s** h̄o erga mot? coit? nō ipoz tun? existat. nec statutos legibz terminos excedat. nec aliā f̄giaz q̄z p̄iugē legitimā p̄gnoscat. et i ea q̄z ipsa certā ac legitimis t̄pibz agat. t̄m̄mō cā posteritatē suę. iste dicēdus ē circūcisi p̄putio suę carnis. **Qui** h̄o nō obscenis desiderijs ac fedis cupiditatibz estuat. et ut breuē dicā. non

mechat? i corde. s̄ purā fidē custodit i sinceritate p̄scā. iste circūcisi ē corde. **Circūcisi** dēdē sūt etiā man? a rapinis. a furti. a cedibz. vt i solis dei pādāt opibz. **Pedes** q̄z veloces nō sint ad effūdēdū sanguinē. ne i p̄siliū malignātū introeāt. s̄ t̄m̄. p̄ mādātē dei circūcat. **Ocul?** ne cōcupiscat alienū. ne videat mulierē ad p̄cupiscēdū eā. **Cui?** n. erga f̄giaz formas la sciū? et curios? oberrat aspect?. h̄ ē ocul? in circūcisi. **Sz** et singla q̄z mēbra si i officijs mādatorū dei deserviat. dicēda sūt circūcisi. **Si** h̄o vltra leges diuinit? sibi p̄scriptas luxuriāt. i circūcisi. **Et** h̄ cē puto qd̄ dicit ab aplo: **Sic** exhibuistis mēbra v̄ra h̄uire iusticię et iniqtati ad iniqtatē. ita nūc exhibete mēbra v̄ra h̄uire iusticię i sc̄ificatiōe. **Idē sup eplam ad Ro. li. ij.** In summa h̄o duplex est moralis circūcisiō. videlicet cordis et carnis. **Circūcisiō** cordis ē fidelit? in deū credere. **Circūcisiō** carnis nihil sordidū in opere gestisq̄z cōmittere.

**De misterio dierū. Bern. in sermone de circūcisione.**

Cap. XCI.

**I**am vero restat dicendū qd̄ i hac circūcisione nob̄ sp̄ualiter sit agēdū. **Nō**. n. sine causa p̄ceptum est in lege. nec sine causa cōpletum est i dño. ut octaua die fieret circūcisiō. **Itaq̄** nō ignoram? iā hominē oportere nasci t̄nuo. qz p̄p̄t h̄ filius dei nat? est secūdo. **In** p̄ctis siqdē nascimur oēs. et necesse habem? renasci i grā qd̄ baptisate qdē p̄cipim?. s̄ totū p̄r̄it in seculari vita. **Quē** autē p̄mū deo miserāte i nobis opat grē h̄tus. ut i nouitate vite ambulem?. **Ergo** nascit h̄o qñ sol iusticię ortus i aīo tenebras illuminat p̄ctōz et internis obtutibz offert horredū dei iudiciū. addēs terrori vinculū p̄sens breuē dierum numerum et finē incertum. **Idoc** plane vespera est ad quaz demorabitur fletus. et necesse est addi matutini leticiam. vt auditam faciat misericordiā suam. **Sic** enī fit vesperere et mane dies vii?



**E**st autem ista dies iusticie reddens vni-  
cuique quod suum est. nobis misericordiam. deo mise-  
ricordiam. In hac die puernascitur. quando  
in his que diximus ad amorem penitentie  
et odium peccati animus excitatur. Sed pe-  
riculosum est si forte velit inter seculi turbas  
agere penitentiam. vbi nimirum alij vene-  
natis persuasionibus. alij vndique exemplis  
peioribus ad peccatum alliciunt. alij adula-  
tionibus in vanam gloriam. alij detractio-  
nibus ad impatientiam animi eius deici-  
ant. Procedat iam necesse est pruden-  
tie radius. offendet quantitas et que importu-  
nas presertim in hac generatione oportu-  
nitates et occasiones peccati offerat mun-  
dus. et ingerat que debilis sit ad illas huma-  
nus animus maxime qui in peccati consue-  
tudine sit nutritus. In hac ergo die pru-  
dentie eligat de presenti seculo neque fuge-  
re. dicentes cum prophetis. O diui ecclesiam mali-  
gnantium. et cum impijs non sedebo. Sed non  
dum sufficit hoc. Fortassis enim vult elige-  
re solitudinem non satis attendens infirmita-  
tem propriam et periculosam diaboli luctam.  
Quid enim periculosius quam solum luctari con-  
tra versutias hostis antiqui a quo vide-  
atur et quem videre non possit? Itaque iam  
necessarium habet fortitudinis diem. ut no-  
uerit custodiendas ad dominum fortitudinem  
et in acie multorum pugnantium esse queren-  
dum. vbi tot sint auxiliarij quot socij. et  
tales qui cum apostolo dicere possunt. quia non  
ignoramus astutias inimici. Congregatio  
enim pro fortitudine sua terribilis est ut  
castrorum acies ordinata. Vt autem soli. quia  
si ceciderit non habet subleuantem. Vt  
si cuique ex antiquis patribus gratiam hanc  
concessam audivimus. non expedit se teme-  
re committere huic periculo. nec oportet  
temptare deum. sicut et magister noster de  
anachoretis loquens. qui non conversionis  
inquit seruoze novitio. Itaque in hac for-  
titudinis die. ad id quod iam ceperat. id est odium  
ecclesiam malignantium. etiam addit quod se-  
quitur. Lauabo in innocentes manus meas  
Vt cum esse in congregatione multorum  
eligit. nunquid eligit esse magister qui non dicitur

discipulus fuit. et docere quod nunquam di-  
dit? Et quomodo vel in se vel in alijs mo-  
tus irrationales temperare poterit? Illuces-  
cat ergo dies temperationis. ut eligat abiectus  
esse in domo dei sui. magistro subditus esse.  
sub quo voluntas eius frangat. et obedi-  
entie freno concupiscentia refrenetur. Nec de-  
dignandum est seruo quod processit in domino  
Siquidem descendit cum eis. et erat subditus  
illis. Et tu ergo subditus esto propter illum.

**A**d huc de eodem.  
Cap. XCII.

**S**ed si iam in ipsa obedi-  
entia via interdum accipias prece-  
pta nonnulla que licet salubria  
sint. minus tamen videantur suauia: Nec si mo-  
lestis ceperis sustinere. si prelatum diiudicare.  
si murmurare in corde. etiam si exteri im-  
pleas quod iubet. non est hec virtus patientie  
sed velamen malicie. Necesse est igitur  
ut illucescat dies patientie. per que omnia  
dura et aspera tacita amplectens conscientia  
magis te diiudicans. et durius argu-  
ens. cum nimirum displicent que ad salu-  
tem sunt. et in cogitatione tua semper par-  
tem magistri quoad potes aduersus te  
ipsum iuuans. te in omnibus accusare. il-  
lum magis excusare laborans. Porro  
iam in hoc loco tibi est a superbia cauendum.  
magnus est enim omnino sic vincere semetipsum.  
Melior est ait Salomon patiens viro  
forti. Considera tamen que manifeste  
propheta doceat necessariam esse humili-  
tatem post patientiam dicens. Verumtamen  
deo subiecta esto anima mea. Ratione  
videtur occasione patientie temptationem  
sensisse superbie. Necesse ergo est ut radi-  
us humilitatis cor tuum illuminet. et quid a  
te et quid a deo sit declaret. ut non altum  
sapias. quia deus superbis resistit. humili-  
bus autem dat gratiam. Nam vero cum his  
diuitijs exercitatus fueris. roga tibi dari  
illum deuotionis diem serenissimum. et sabba-  
tum mentis in quo tamquam emerit miles absque la-  
bore viuas in laboribus vniuersis dilatato



nimirum corde viam mandatorum dei  
 currens. ut quod prius faciebas cū ama-  
 ritudine tui spiritus et coactiōe. de cetero  
 iā cū sūma dulcedie pagasz delectatiōe  
**H**āc ni fallo? **P**ōs peribat cū dicebat:  
**R**emitte mibi vt refrigerer. **A**c si dicat:  
**Q**uouſq; i laborez dolore crucioz et tota  
 die morte afficioz? **R**emitte mibi ut refri-  
 gerer. **V**erz ad hanc pfectionē pauci ni  
 falloz pueniūt in hac vita. **R**eq; enim si  
 quis hāc habere videtur aliquando. ne-  
 cesse est ut sibi credat cōtinuo maximeq;  
 si est nouiti⁹. nec per p̄fatos ascēdit gra-  
 dus. **D**ius enī dñs pusillos corde solet  
 allicere blanditijs talibz. **S**ed nonerint  
 qui huiusmodi sunt gratiā hāc p̄stitam  
 sibi nō datam vt in die bonoz memores  
 sint maloz. et in die maloz nō immemo-  
 res sint bonoz. **L**onge x̄o aliter q̄ exerci-  
 tatos habēt sēsus felici iocūditate fruū-  
 tur deuotionis huius. **S**ed multi ad h̄  
 tota vita sua tendunt et nūq; ptendunt.  
**Q**uibus tñ si pie ac p̄seueranter conati  
 sunt. statim ut de corpe exeūt reddit̄ eis  
 qd̄ dispensatorie negatū est in hac vita.  
 illuceos sola gratia ducente quo prius  
 tendebāt. ipsi cū gratia ut consummati in  
 breui explerent t̄pa multa. **I**llis vero q̄  
 ad hāc deuotiōis gratiā pueniunt vnū  
 videt̄ restare periculū. videlicet demoni-  
 um meridianū. quia trāssigurat se satha-  
 nas in lucis angelū. **H**oc ergo timendū  
 est ei qui tanta delectatione facit omnia  
 nedū sequitur affectionē corpi⁹ destruat  
 per immoderatā exercitationē. ac dein-  
 de necesse habeat non sine magno de-  
 trimēto spiritualis exercitiij circa curam  
 debilitati corporis occupari. **E**rgo ne in-  
 currat hoc qui currit. illuminari necesse  
 habet lumine discretionis que maī vir-  
 tutum est. et consumatio pfectionis. h̄c  
 nimirū docet ne quid nimis. **E**t h̄c ē oc-  
 taua dies i qua puer circūcidit. qz discre-  
 tio vere circūcidit. ut non plus nec min⁹  
 efficiatur. **R**am et qui nimis est fructum  
 boni operis abscedit non circūcidit. **S**ic  
 quoq; qui tepidus est et minus facit. **I**n

hac ergo die nomē salutis imponit. nec  
 de illo qui sic conuersatur dubitem dice-  
 re q̄ suam ipsius salutē opat. **V**sq; ad  
 hanc enim diem angeli dicere quidē hoc  
 possunt qui secreta celestia norunt. h̄ nūc  
 primū ego fiducialiter ei nomen salutis  
 impono. **A**t vero quia rara est omnino  
 auis ista in temis. huius discretionis lo-  
 cum fratres suppleat obedientiē virtus i  
 vobis. ut nihil plus nihil min⁹ nihil ali-  
 ter q̄ impatū sit faciatis.

**D**e circūcisione generali fu-  
 tura **I**dē in ij. **Cap. XCII.**

**Q**uoniam q̄ circūcisio car-  
 nal' octaua die fiebat. spem re-  
 gni celestis cōmendabat. q̄ vi-  
 delicet quandā speciem coronę videt̄ ad  
 primū reflexus dierum circulus p̄ferre.  
**H**inc est q̄ octaua potissimuz dies post  
 p̄cipuas solennitates celebratur. et in ser-  
 mone dñi primę beatitudini octaua co-  
 pulatur. ut celestis regni temū iterata. p-  
 missione nobis euidenter corona fabricer-  
 tur. **B**eda vbi supra. **E**t h̄c erit  
 vera et plenaria circūcisio nostra. cui⁹ scz  
 in die iudicij cūcē simul anime carnisq;  
 corruptionibus exuti. mox peracto iudi-  
 cio regni celestis anam ingrediemur ad  
 videndā perpetuo faciem creatoris nr̄i.  
 quod est typice paruulos circūcidos ad  
 templum domini hierosolymam cū lau-  
 dibus hostiarum acceptabile munus de-  
 ferri. **V**era nanq; circūcisione purga-  
 tur templum domini cui⁹ muneribus in-  
 gredit̄ qui gloria resurrectionis ab om-  
 ni labe mortalitatis excoctus est. bonozū  
 operum fructibus superne ciuitatis gau-  
 dia subijt. dicēs: **P**irupisti vincula mea  
 tibi sacrificabo hostiam laudis. **V**ota  
 mea reddam in conspectu omnis populi  
 eius. in atrijs dom⁹ domini in medio tui  
 hierusalē. **Q**d. s. desideratissimū t̄ps ce-  
 lestis itroit⁹ idicat illa dies octaua q̄ cir-  
 cūcisio celebrat. **S**ex etenī sūt etates h̄z  
 senz seculi notissimis temporū articulis



distincte in quibus necessarie sunt pro deo laboribus insistere. et ad tempus operari pro adipiscenda sempiterna requie. Septima est etas non in hac vita sed in alia quelescentium usque ad tempus resurrectionis animarum. Octava vero etas ipsa est dies resurrectionis sine ullo temporis fine beata quam vera circumcisiōis omni de consuecōe gloria non ultra corpus quod corrumpit aggruat animam non terrena habitatio deprimit sensum multa cogitat sed corpus iam incorruptibile letificat animam et subleuat celestis inhabitatio totum hominem visio sui conditoris inherente. Cuius scilicet diei beatitudinem in preceptis propheta exponit animamque suam et omnes interiorum hominis sui affectus ad benedicendum deo omnemque retributiones eius recordandas excitas dicit: Qui redemit de interitu vitam tuam qui faciat tibi bonis desiderium tuum qui coronat te in misericordia et misericordia et renouabit ut aquile iuuentus tua.

**De morali circumcisiōe interfacienda. Cap. XCIII.**

**N**ecessesse est autem ut qui ad huius pulcherrime renouationis quasi summe circumcisiōis consideramus pertingere premia curemus interim primitiue circumcisiōis ac renouationis que quotidiano virtutum exercitio fit subire remedia. Deponamus hinc pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur hinc desideria erroris et induamus eum qui hinc deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Non enim sufficere credamus castigare nos in vno membro corporis nostri sed ut idem alibi monet apostolus: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus proficietes sanctificationem in timore dei. Si enim cordibus et auribus incircumcisi sunt qui spiritus sancti monitis resistunt teste beato Stephano est utique cordium et aurium circumcisiō. Et si est cordium et aurium est omnium exterioris et interioris hominis nostri sensum. Nam qui

mulierem ad concupiscendum viderit que oculos sublimes habuerit huius incircumcisiōis est visus. Quibus autem dicit: Qui est ex deo verba dei audit propterea vos non audistis quia ex deo non estis incircumcisi sunt auribus. Hi vero quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis incircumcisi sunt lingua et manibus. Incircumcisi sunt quoque gustu quos propheta redarguit cum dicit: Ne qui potentes estis ad bibendum vinorum etc. Olfactu vero et tactu sunt incircumcisi qui vnguento et variis odoribus sunt delibuti qui sequuntur amplexus meretricis mirra et aloë et cynamomo cubile suum aspergentes. In circumcisi sunt gressibus de quibus dicit: Contritio et infelicitas in vijs eorum et viam pacis non cognouerunt. At vero qui omni custodia cor suum seruant qui auertunt oculos suos ne videant vanitatem qui sepiunt aures suas spinis ne linguam neque audiant que suavis est dominus gustat qui custodiunt vias suas ut non in lingua sua delinquant qui ad mandata dei que diligunt manus suas leuant qui ab omni via mala prohibent pedes suos ut verbum dei custodiant. Isti nimirum omnes sensus suos petre spiritualis exercitio se ostendunt habere circumcisos. Quibus namque petre que Christus est fide spe et charitate non solum in baptismo sed in omni prius actione deuota purificant beatorum corda que et ipsa quotidiana nostra circumcisiō id est continua cordis mundatio semper octauis diei sacramentum celebrare non desistit quia nos in exemplum dominice resurrectionis que octaua die id est prima septima sabbati facta est scificare consuevit ut quomodo surrexit Christus a mortuis pro gloria patris ita et nos in nouitate vite ambulemus.

**De miraculo stelle noui regis indice Aug. in sermone de epiphania domini. Cap. XCV.**

**P**ost miraculum virginie partem que se diuino munere pleno saluo pudoris signo deum et homines



profudit vterus. deū. s. quē suscepit. ho-  
minem quē ex se deo actore formarat. inf-  
obscuras cubilis oppressi latebras. 7 du-  
rissimi p̄sepis angustias. in quibz mēbris  
contractionibus stabulabat infinita ma-  
iestas. inter crepitātes nesciē querele plo-  
ratus. ac pios infantis tenerosqz vagit-  
dum pendet ad vbera viliaqz pannoz  
inuolucra patitur. de. repente de celo ter-  
re nouū illuxit sidus. 7 totius mūdi dissi-  
pata caligine. noctem cōuertit in diē. ne  
dies celaretur in nocte. Dum enim rosee  
polū facies noctēqz fulgura natura de-  
cernunt astra. subito lumen insolitū ex-  
tunescit natura. Danit stelliger axis. 7  
astra tremula famulant cunis. qz ne deū  
in carne posituz esse obscurz seruit celum.  
reddūt 7 ipsa sidera testimoniuz ab ima  
celi crepidine fomite vasto glob⁹ ingens  
surgebat. 7 vibrātes radios spargens p  
inanes auras anhelis pulsibus cornesca-  
bat. Tixerant vndiqz celos apices flam-  
miflū p diuersa perrecti. iubarqz rutilū  
vndantes flammās habentis largioz  
diffundebat per totū celi sid⁹ nouas fa-  
cies 7 sinus suos longo micans vmbone  
trabebat recedētibus astris. ut luna per  
mediā celi semitam pulcris aura motib⁹  
ibat vterqz suū radijs aperiens lucentes  
cāpos placidis accessib⁹ honestabat. dāt  
etbera locū. astraqz minora recedunt. ac  
stellarij ignes obtusi alieno fulgore rare-  
scunt. **N**lla vero p ardua per queqz puia  
vadit. 7 grato celuz stridore pfundit. vt  
plenū christo reddat obsequiuz. tēperat  
gradū. donec magos pducatur ad puez.  
**S**taqz iam oīs terra deo credat. qz christ⁹  
natus ex celo clamat. **R**atus in angulo.  
declaratur in celo. **N**ō enim pōt tantuz  
nomē abscondi qd apparet sideris indi-  
cio. publicariūt pastoribz angeli. magis  
stella demonstrat. **U**triusqz loquitur lin-  
gua celozum. quia lingua cessauerat p  
phetaz. **P**astores angelis credūt 7 anū-  
ciāt. magi in celo aspiciūt 7 adorāt. **S**i-  
dus quoqz igneū arsit. 7 frigidus genti-

les accendit. **I**nuenit mag⁹ in nocte quē  
udgus erat perditurus in die.

**D**e cōmotione magozum ad  
iudicium stelle. **L**eo papa i ser-  
mōe de eodē. iij. **C**ap. XCVI.

**H**roboranduz quippe  
fidem quē cōtra omnes premu-  
niebatur errores. ex magna di-  
uini pietate consiliū factum est. ut gens  
in oriētalis plage longinqua regiōe cō-  
sistens. signum pueri nati qui in isrl esset  
regnaturus acciperet. **S**taqz stelle clari-  
tas illustriori apud magos apparuit. 7  
sic intuentium animos admiratione sui  
splendoris impleuit. vt nequaquē sibi ne-  
gligendū crederent. qd tāto iudicio nū-  
ciari perspicerent. **Q**uic nempē miracu-  
lo sicut res docuit gratia dei p̄erat. 7 cū  
Christi natiuitatē nec adhuc ipsa beth-  
leem tota didicisset. iam illā creditur gē-  
tibus inferebat. quodqz non de hūano  
poterat eloqo differi. celo faciebat euan-  
gelicante cognosci. **Q**uānis aut hoc di-  
uine munus esset dignationis ut cogno-  
scibilis gentibus fieret natiuitas salua-  
toris. ad intelligendū tamen miraculuz  
signi. poterant magi etiam de antiquis  
balaam p̄nunciatiōibus commoueri. **S**ci-  
entes olim esse p̄dictum. 7 celebrata  
memoria diffamatum. **D**icitur stella ex  
Jacob. 7 exurgat homo de israhel. 7 do-  
minabitur gentiū. **I**dem in tertio  
de eodem. **D**iuinis autem ineffabi-  
lis misericordie māifestatio facta ē. **D**e-  
rode apud iudeos tenente ius regniuz. ut  
cessante successione legitima. pōtificiūqz  
ptāte destructa. obtinuerat aliena prin-  
cipatum. veri regis ortus illius prophe-  
tie voce. pbaret. q̄ dictū legit. **N**ō defici-  
et princeps de iuda. nec dux de femore  
eius. donec veniat cui repositū est. 7 ipse  
erit expectatio gentiū. **D**e quibus. s. gen-  
tib⁹ **A**brae quondā innumerabilis suc-  
cessio fuerat. p̄missa. non carnis semine s̄



fidei fecunditate generanda. et ideo stellarum multitudini copata. ut ab omnium gentium patre separet celestis progenies non terrena. Ad creandam ergo promissam posteritatem heredes in sideribus designati. excitati sunt ortu sideris noui. ut in quo celi adhibitum fuerat testimonium. celi famularetur obsequiis. Comouit magos habitatores orientis stella ceteris fulgentior stellis. et de miranda claritate luminis sui viri adhuc inspectanda non insciji magnitudinem intelligunt significationis. hoc agente perculdubio inspiratione diuina in cordibus eorum. ut eos tante visionis non lateret mysterium. et quod oculis ostendebat insolitum animis non esset obscurum. Denique officium suum cum religione disponunt. hisque se donis instruunt. ut dum unum adorant tria se credere demonstrarent. Auro scilicet honorantes personam regiam. mirra humana. thure diuinam.

**De expressione loci et temporis dominice natiuitatis. Ex glo. sup. Mat. Cap. XC VII.**

**H**ic gigitur euangelista: Cum natus esset iesus in bethleem in diebus Herodis regi etc. locum et tempus notat. ut nos in antiquae prophetie memoriam reducat. Primum enim. id est locum Michas pronunciauit. cum ait: Et tu bethleem terra iuda etc. Tempus vero predixit Daniel propheta. Cum venerit inquit sanctus sanctorum cessabit unctio vestra. Hec nimirum impleta est prophetia. quando finito iudeorum regno iam in illa gente sibi regnum occupauerat Herodes alienigena: Cum autem bethleem nominat. addit inde. ad differentiam alterius bethleem quam scilicet in galilea in tribu zabulon habebat. **Chrysosto. sup. Mat.** Herodes euangelista quoque nominans regem exprimit. ad differentiam alterius Herodis. scilicet tetrarche qui Iohannem interfecit. **Petrus Rauenn.** Quid est autem quod tempore regis nefandi etc. ad terras de-

scendit suamque diuinitatem carni miscuit. Herodes refuga gentis alienigenae iudaice gentis imperium inuadit. libertatem sustulit sancta prophetanuit. et quicquid erat cultus quicquid ordinis aboleuit. Verito ergo genti sancte quia defecerat humana succurrerunt diuina. ipsique etc. affuit. cui homo qui adesset defuit. Venit rex quasi tyrannum expulsurus. patriam reditum. Venit Christus ut subruat antichristum. orbem liberet. paradisi patriam reddat. vndeque sublata seruitute. tota libertas perpetuet. **Chrysosto. vbi s.** Siquidem et ante priorem aduentum eiusdem saluatoris erat hominum vita in extremis constituta malis. Unde scriptum est: Sedentibus in regione umbrę mortis. lux orta est eis. **Leo papa vbi s.** Itaque deficiente vbique iusticia. totoque mundo. plauso in vana et maligna. vbi iudicium suum diuina potestas differret. vniuersitas hominum damnationis sententiam exciperet. Vex in indulgentiam ira translata est. et ut exercende gratie magnitudo clario fieret tunc placuit abolendum hominum peccatis sacramentorum remissionis afferri. quando iam nemo poterat de suis meritis gloriari. Quis autem manifestatio misericordie. facta est ut diximus apud iudeos legitima regum successione cessante. et Herode iam alienigena regnante.

**De aduentu magorum hierosolymis et inquisitione nati regis. Ex glo. vbi s. Cap. XC VIII.**

**I**n diebus Herodis regis: Ecce magi venerunt ab oriente hierosolymis. Magi dicuntur non malefici. sed chaldeorum philosophi. Hi de genere Balaam ut dicitur fuerunt. a quo regem sumum. scilicet stellarum rectorem nasciturum de israel audiverunt. Et ideo querentes eum hierosolymam vbi caput erat regni primitus adueniunt. De terra persarum fuerunt. vbi est fluvius saba a quo regio nominatur. iuxta



quā est arabia vbi magi reges extiterūt  
**Q**ui etsi tria munera obtulisse dicunt  
 non tamē ppter hoc nō plures q̄ tres fu-  
 isse pbantur. **V**enerūt autē tertiadecā  
 die post saluatoris ortū. 7 non post annū  
 trasactū. qz tunc nō inueniret̄ i presepio  
 sed in egypto. **M**aximus i sermo-  
 ne de eodem. Bene autē ab oriente  
 stella duce dicūtur pperare qui sempitē-  
 num orientem veniūt adorare. **D**e quo  
 scriptum est. **V**isitauit nos oriens ex al-  
 to illuminare his qui in tenebris 7 in um-  
 bra mortis sedent. **B**ern. in sermo-  
 ne de eodem. Merito sane ab ouen-  
 te qui solis iusticię nobis nouū ortū an-  
 nunciant. letisqz rumoribz totū mundū  
 illuminant. nisi q̄ infelix iudęa quia lu-  
 cem oderat. ad fulgorē nouę lucis obte-  
 nebratur. 7 ei? oculi caligātes. solis eter-  
 ni radio coruscante. multo magis excecā-  
 tur. **M**aximus vbi s̄. Ecce christū  
 nō habet. habere volūt 7 inuenire  
 contendūt. **I**udęus tē suū refugit. pa-  
 ganus inquit. qd̄ primus nō agnoscit  
 alienus intelligit. **S**tilis stellā Christi  
 vidit 7 venit. iudęus christū vidit 7 inui-  
 det. sicut scriptura dicit. **I**n ppria venit  
 7 sui eum non receperūt. **V**ere iudęa du-  
 rissima sua infidelitate cecata. non vide-  
 bat q̄ stella radiabat. nec q̄ angeli con-  
 clamabant audire poterat. **F**ulgen-  
 tius in sermone de eodez. **V**bi  
 est inquit qui est rex iudęoz? **Q**uid ē  
 hoc fratres ut isti magi regem iudęorum  
 adorādū quērerēt. cū ipsi iudęi nō eēt?  
**E**t quē regē? **A**tiqz non Herodē. nec  
 regem ante annos aliquot ordinatuz. s̄  
 Christi regem nuper natū. **Q**uis ē iste  
 rex iudęoz? **P**auper 7 diues. humil' 7  
 sublimis. puus in presepio. immensus in  
 celo. vilis in pannis. preciosus in stellis.  
**B**ern. vbi s̄. **E**t vide q̄ certa sit  
 fides magoz nihilqz penit' hesitās di-  
 centiuz. **V**bi est qui natus ē rex iudęo-  
 rum? **N**on enī quērūt vtz rex iudęozuz  
 natus sit. sed fiducialiter. vbi qui natus  
 est rex eoz sit. **G**lo. vbi supra. **E**st

itaqz consilio iudęoz vbi christi natiui-  
 tatem discūt a p̄his gentiū. **V**i quidem  
 natiuitatem eius p̄dicant. qui locū ne-  
 sciunt. iudęi locum insinuāt. qui temp'  
 aduentus non cognoscunt.

**D**e proprietatibus illius no-  
 ui sideris **M**axim' vbi supra.  
**C**ap. XCIX

**V**idimus inquit stellā  
 eius in oriente. **B**ene dicit ei?  
 quia q̄uis omnes ab eodē crea-  
 te stelle sunt ipsius. hęc tñ pprie Christi  
 erat quę specialiter illius aduentū mon-  
 strabat. **E**t cęterarū quidem multitudo  
 stellarum facta est ut huius mundi tem-  
 pora cursusqz distingueret. **H**ęc autem  
 prodire iussa est. ut ipsum mundi domi-  
 num ac regni cęlestis adesse tempus ostē-  
 deret. **C**hryso. super **M**at.  
 omel. vj. **Q**uius novitas sideris tri-  
 bus indicabatur signis. **P**rimo quidē.  
 quoniam ab oriente venit ad meridiem.  
**S**ic enim iuxta locorum situz palestina  
 specta ad perfidem cum solem 7 lunam 7  
 astra cętera ferri videamus ab oriēte in  
 occidentem. **D**einde vero quia nō ī no-  
 cte lucebat. ut cętere. sed clara luce supe-  
 rās ipsos quozqz radios solis pprio quo-  
 dā fulgore. **T**ertio deniqz ex ipsa lucen-  
 di interpollatione. **N**am vsqz ad palesti-  
 nam veniētib' magis. semper apparuit  
 quasi dux itineris. **C**um autem hieroso-  
 lymam venissent. illa se abscondit. 7 ite-  
 rum exeūtibus apparuit vsqz dum veni-  
 ens supra domum vbi puer erat stetit.  
**F**ulgentius vbi supra. **E**rgo  
 si nescis veram huius pueri deitatē. at-  
 tende stellam in celo fulgentem. magos  
 p̄cedentem 7 iter ignorantibus osten-  
 dentem. **H**ęc stella nūqz ante apparuit.  
 quia nūc eam puer iste creauit. 7 magis  
 ad se venientibus p̄quam deputauit.  
**I**ste puer in p̄sepe qdē paruul' collocat  
 s̄ magnus in celo mirabil' opat. **D**er-  
 mittit se manibz in terra portari. s̄ p̄cipit



sibi celestia famulari. Sic enī fuit veraciter intimanda pueri huius naturalis divinitas et naturalis humanitas. utraque naturaliter vera. utraque unita. nec in se invicem confusa. nec a se invicem separata. Ipsum enim Maria filium habuit de deo senatum. cui stella debite servitutis exhibuit famulatum. Magi ergo stella nuntiante venerunt. et filium virginis eundemque deum et hominem cognoverunt. **Aug<sup>o</sup> in sermone de eodem.** Stella quidem eis loqui vel excellentiam eius presignare non potuit. novum tamen et singulare sidus effulsit. et illos etiam qui solent sidera diligenter intueri. novo miraculo exercuit vel exterruit. Quisquam tali stella talis est significatus. quia nunquam talis est natus. Verumtamen quis esset. ubi esset. quorum rex esset. et si sidus illud tacuerit. sed querentia deus et pulsantia corda non fraudans alio modo sine dubio petentibus revelavit. quod indicare stella non potuit. Quae quidem modum scriptura non dicit. sed prudentibus intelligendum reliquit. et in ipsa narratione unde hoc intelligere possumus ostendit. Cum enim bethleem civitas secundum scripturam a iudeis commemorata esset. ubi nasci christum oporteret. quia domus latebat ubi dei verbum infans iacebat. Eadem stella magos duxit ad domum sub cuius tecto erat qui fecerat mundum. et quem nuntiaverat celum. Ducisque potuit precedentibus sideris fulgor eos conducere. sed ut ad Herodem non reverterentur per somnum admoniti legunt. quod scilicet Herodes se velle dixerat adorare quem cupiebat occidere. Ita quod eloqui stella non potuit. alia revelatione deus monstravit. Sic etiam intelligendum est. non per solam stellam quoniam oculis suis insolita experta luce fulgidam magos in oriente potuisse cognoscere. Quis nam tanti sideris esset dignus significatione. cuius testis ille fulgor existeret. quem clarum tanta claritas nuntiaret?

**De tempore prime illius apparitionis. Cap. C**

**Q**uam magna siquidem admiratione querentibus quid sibi vellet. et quo pertinere quod in celo sidus novum apparet. non utique loquentes sidere ipso. sed aliter intimatum est quis descendisset de celo. iaceret in carne sub celo. Tunc nimirum intelligitur indicatum cuius esset stella que iam diu videbatur quando natus est qui per illam significabatur. Quam ferme biennio visa est mirantibus quid esset. Sed postea christo nato magis revelatum est iam non sidus esse mirandum. sed eum qui sidere pronuntiatum fuerat adorandum. ipsumque regem esse iudeorum. Tunc igitur ab oriente venerunt et ipsa die epiphanię illius adoraverunt. quem ante paucos dies natum esse. illamque stellam que sibi per biennium apparuerat. eius fuisse didicerunt. **Dicit** aliquis: Illam stellam apparuisse biennio unde monstrari potest. verba recolamus evangelij. Herodes nempe cum a magis fuisset illusus quod in somniis moniti noluerunt ad eum redire. ne indicarent ubi Christus fuisset inventus. occidit infantes a bimatu et infra. videlicet secundum tempus quod exquisierat a magis: ut dicit evangelista. Ecce unde ostenditur non tunc primum quando natus est Christus hoc est ante paucissimos dies stellam apparuisse. sed biennio tempore pronuntiatione sidera fulsisse. Quae tunc quidem cuius esset est cognita quando magi quem in celo iam viderant presignatum. missi sunt adorare in terra. Si quis autem querit. Cur per biennium pronuntiatum christum stella claruerit: **Prout** videri duobus annis duo precepta significari. dilectionis scilicet dei et proximi. Ipse quippe duobus his preceptis consummavit verbum. cuius duobus annis stella pronuntiabat adventum. Et quod infinite per multa legum et prophetarum mandata videbatur diffusum. est ista brevitate conclusum. Possunt in his duobus annis etiam duo testamenta intelligi. Non enim alius est auctor legis qua terremur. et alius gratie



qua iuamur. cum ipsius voce dicatur: Si crederetis moysi crederetis et mihi. Ipse nimirum est dei sapientia. de qua dictum est. quod legem et misericordiam portat in lingua. Sed quia per duos annos duo potius tempora possunt accipi. Etiam huius duos possumus intelligere aduentus Christi. scilicet unum humilitatis. alterum claritatis. Quas quoque nostras generationes. unam quam in carne nascimur. aliam qua in fide renascimur. Ille namque qui omnia fecit utriusque amborum auctor existit. Exultemus ergo et iocundemur in eo quem panni inuoluerant. et angelus nuntiabat. qui uerba fugebat. et lactantes matres faciebat. qui in presepio iacebat. et inter astra fulgebat. quem regem sempiternum gentibus adorandum non diadematis gemme sed celestis stella monstrabat.

**D**e magorum audacia et fidei virtute. Chryso. sup. Mat. li. i. Cap. C. i.

**U**enimus inquit adorare eum. uidelicet regem iudeorum. Uenerunt igitur ad gentium iudicium. et ad iudeorum iudicium. illorum scilicet perbetantes futuram fidem. et istorum incredulitatem continentem presentem. O beati magi qui ex omnibus gentibus primitiue fidei delium meruerunt fieri. Numquid nesciebant in hierusalem regnantem Herodem? Aut non intelligebant legis iusticiam. quia quicumque rege uiuente regem alterum pronuntiat et adoratur. quasi minister tyranni punitur sanguine. Sed dum considerabant futurum regem. non timebant presentem. Adhuc Abiustum non uiderant et iam pati pro eo parati erant. **Fulgentius ubi supra.** Venimus inquit adorare eum. Quem? Utrique regem. sed non Herodem. Adorare cupiunt infantem lactentem. nec adorant regem populis imperantem. Nam et de Herode rege iudeorum filium iam fuerat nati. qui erat patre mortuo regnaturus. Mortuo enim isto Herode Archelaus in iudea

regnavit. et galilee principatum iunior Herodes obtinuit. Archelaus natus est in palatio. Christus in diuersorio. Archelaus natus. in lecto argenteo est positus. Christus autem natus. in presepio est breuissimo collocatus. Ille forsitan preciosis indutus est sericis. iste uilissimis inuolutus est pannis. Et tamen ille natus in palatio contentus. iste natus in diuersorio querit. Ille nullatenus a magis nominatur. iste inuentus suppliciter adoratur. Omnino spernitur primogenitus regis. et muneribus honoratur primogenitus paupercule mulieris. Quis est iste rex iudeorum qui portatur ut puellus et adoratur ut deus. paruus in presepio imensus in celo. uilis in pannis. preciosus in stellis. **Bernardus ubi supra.** Et vos igitur egredimini filie sion et uidete regem Salomonem. Vos inquam seculares anime debiles. ac delicate filie sion. scilicet et non filie. in quibus nihil est fortitudinis. nihil uirilis anime. Egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis. de seruitute carnalis concupiscentie ad libertatem spiritus alius intelligentie. Egredimini de terra uestra et de cognatione uestra. et de domo patris uestri. alioquin non erit tutum ecclesiastice uidere ipsam. Idem enim qui Salomon. id est. pacificus est in exilio. ecclesiastes. id est. concionator erit in iudicio. id id est. dilectus domini in regno. In exilio mansuetus et amabilis. in iudicio iustus et terribilis. in regno gloriosus et admirabilis. Egredimini proinde et uidete eum in diademate qua coronauit eum mater sua. in corona paupertatis. in corona quoque miserie. Siquidem coronatus est et a nouerca sua corona spinea. corona miserie. coronandus a familia sua corona iusticie. quando contra insensatos pro eo pugnabit orbis terre. Coronat eum et pater corona glorie. sicut psalmista dicit. quia gloria et honore coronasti eum domine. Itaque coronam glorie paruuli propter nos regis nostri suscipite. et una cum magis quorum fidei deuotio nobis in exemplum proponitur humanitatem ipsius adorate.



**De Herodis turbatiōe Hreg?**  
in omel. de eodē. Cap. CII.

**H** Audiēs autem herodes rex turbat⁹ est ⁊ oīs hierosoly-  
ma cum illo. Celi regenato rex  
terre turbat⁹. qz nimirū altitudo terrena  
cōfundit. cū celsitudo celestis aperitur.  
**Maximus vbi s.** Turbat⁹ rex me-  
tuens regno suo. s. quippe nesciens quia  
christus nō veniebat regnū eius inuade-  
re sed saluare. quia nulli mortē inferret q̄  
vita cūctorū esset. **Fulgenti⁹ vbi s.**  
Quid est Herodes qz sic turbat⁹. qz na-  
tum regē iudeorū audis? Suspicionib⁹  
agitaris. inuidiē stimulis inflammari. ⁊  
ob hoc regē natū occidere conaris. In-  
anis ē ista turbatio tua. vana proisus co-  
gitatio tua. Rex iste qui natus nō venit  
reges pugnādo superare. sed moriendo  
mirabiliter subiugare. Nec ideo nat⁹ est  
ut tibi succedat. sed in eū mūdus fidelit̄  
credat. Venit enī ut nō pugnet viuus. s.  
vt triūphet occisus. Nec ut sibi de alijs  
gētib⁹ auro exercitū querat. sed ut saluā-  
dis gentibus p̄ciosū sanguinem fundat  
Inaniter inuidēdo timuisti successorē  
quē credēdo debuisti querere saluatore.  
quia si in eū crederes cū eo regnare. Et  
sicut ab illo accepisti tpale regnum. acci-  
peres etiā sempiternū. **Dui⁹** enim pueri  
regnū nō est de hoc mūdo. sed p̄ ipsū reg-  
natur in mūdo. Ipse est enī sapientia  
dei quē dicit i. **Proū.** Per me reges re-  
gnant. Puer iste verbū dei ē. virt⁹ ⁊ sa-  
pientia dei est. Si potes dei cōtra sapien-  
tiam cogita. In tuā p̄niciē versari ⁊ ne-  
scis. Tu enī regnū nullaten⁹ habuisses.  
nisi ab isto puero q̄ nūc nat⁹ ē accepisses  
Puer iste q̄ nūc a magis rex dicit iudeo-  
rum. idem creator est ⁊ dñs angelorum.  
Qua p̄pter cuius times infantia nascen-  
tis. magis timere debes oipotentiā iudi-  
cantis. Noli ergo eū timere regni tui suc-  
cessorē. sed time infidelitatis tuę iustissi-  
mū dānatorē. Utinā eū magis adorā-  
tibus. etiā tu pariter adorares. ⁊ non ad

eum magos fraudulēta calliditate man-  
dares. **Aug⁹** i sermone de eodē  
Ecce timuit rex Herodes dñi magi que-  
rerēt ad huc puulū quē celo testāte iā co-  
gnouerat natū. Quid erit tribunal indi-  
cātis. qm̄ sup̄bos reges cuna terreat in-  
fantis? Timeant nunc reges ad p̄is de-  
xterā iam sedentem. quē rex impie timuit  
ad huc m̄ris vbera lātentē. **Glo. vbi**  
**sup̄za.** Turbata est etiā oīs hierosoly-  
ma cū illo videlicz p̄pter fauorē qz time-  
bāt Herodes. **Beda** i sermone  
de eodem. Nec mirū fr̄s si turbatus  
est Herodes vbi nomē regis audiuit. qz  
successorē suspicat⁹ expauit. S; qz hieru-  
salē ciuitas dei quē visio dicit pad cum  
Herode turbat⁹. quis nō miret⁹? Vide-  
te ergo q̄tū iniqua p̄tās noceat. quō ca-  
put impiū subiectos q̄z impietati suę cō-  
format. Misera plane ciuitas in qua re-  
gnauit Herodes. qm̄ herodiane sine  
dubio p̄iceps erit malicię. ⁊ ad nouē sa-  
lutis ortum mouebit herodiana turba-  
tione. Herodiana nēpe malicia ⁊ baby-  
lonica crudelitas ē nascētē velle religio-  
nē extinguere. ⁊ puulos isrl̄ allidere. Si  
quis enī ad salutē p̄tinēs. si quid religio-  
nis orit⁹. quicūqz impugnat plane cū egypti-  
is puulos necare conat⁹. imo cū He-  
rode nascētē saluatore p̄sequit⁹.

**De iqsitione loci natiuitatis et**  
**prophetia Micheę. Glo. vbi s.**  
**Capitulum CIII.**

**E**t congregās oēs prin-  
cipes sacerdotū ⁊ scribas popu-  
li sciscitabatur ab eis palaz. scz  
sub specie religionis vbi christ⁹ nasceret⁹.  
sic eū vocās. qz nouerat more iudeorum  
oleo reges inūgi. p̄ncipes sacerdotū vo-  
cant p̄tōfices. scribe vō p̄ceptorū mora-  
liū latores. At illi dixerūt ei: In bethleē  
iude. Sic enī scriptū ē p̄ p̄phaz videlicz  
Micheā: Et tu bethleem terra iuda ne-  
qua q̄ minima es in p̄ncipib⁹ iuda. Dic  
scribe obliuionis arguunt. qz non ipsi



prophete verbis vtuntur. vbi enī dicūt  
 in principib⁹. hebreus habet in milibus.  
**Et ē sensus:** Licet sis paru⁹ viculus cō-  
 pata ciuitatib⁹ iuda vbi sūt tanta milia.  
 nō tñ es dignitate. s. minima. **Chryso.**  
**sup Mat. omel. viij.** Potest autē  
 sic illud intelligi verbū: in principibus. i.  
 inter p̄cipēs tribū. **Et te enī exiet inqt**  
**dux qui regat populū meū isrl.** Quidam  
 dicūt h̄ de **Zorobabel** dictū fuisse. verū  
 neq; **Zorobabel** ortus est in iudea s̄ in  
 babilone: vnde ⁊ accepit sortē nominis  
**Ree** sibi cōpetit. qd̄ seq̄t̄. p̄pha. s. **Egres-**  
**sus eius a diebus eternitatis.** **Et notan-**  
**dū q̄ inter initia loquebant̄ p̄phē nōtā**  
**de christi dignitate. q̄ de beneficio quod**  
**cōferebat in iudeoz plebe.** Vnde ⁊ cum  
 partus virginis instaret dictū est: **Ipsē**  
 enī saluū faciet p̄lm suū a peccatis eozū:  
**Dagi quoq; nō dixerunt:** **Vbi est qui**  
 natus est filius dei. sed rex iudeozum.  
**Ita nec propheta Michas dixit:** **Ex**  
**te procedet dei filius. sed ex te exiet dux.**  
**Op̄tebat enī cū descensorio interim ⁊**  
 humilioze sermonis ingressu institui p̄-  
 dicationis exordia. ne tanti mysterij ru-  
 des adhuc animos in scandalū suscita-  
 ret vitas subito patefacta. **Quāta cūq;**  
 ḡ de illo scripturę initio testimonia p̄fe-  
 rant. nihil de illo p̄cipiū. nihil sublime  
 sonāt. nec oīo tale quid quale postea q̄  
 processit in mediū ipsa clamabāt docu-  
 menta signoz. **Hinc ⁊ de ipso qui toti⁹**  
 orbis rector erat. q̄ p̄lm inqt̄ meū isrl̄ re-  
 gat. **Volens enī interim suscitare iud eis**  
 scandalū. sermonē celauit de vocatione  
 gentiū. **Leo papa in sermone**  
**liij.** Tres itaq; viri fulgore sideris inso-  
 liti diuinit⁹ incitati. p̄niū micātis lumi-  
 nis secuti sūt cursū. existimantes se hie-  
 rosolymis ciuitate regia repturos puerum  
 designatū. sed cū eos hęc opinio sefellis-  
 set. p̄ scribas ⁊ doctozes iudeoz didice-  
 runt. quid sacra de ortu christi scriptura  
 p̄nunciasset. ut gemino p̄firmati testimo-  
 nio fide ardentiores expeterent. quem ⁊  
 stellę claritas ⁊ p̄phie manifestabat au-

toritas. **Diolato** v̄ro per respōsa pō-  
 tificum oraculo diuino q̄ facile q̄ cōse-  
 quens fuit ut hebreoz proceres crederēt  
 quod docebant. **Sed** apparet illos car-  
 nalicū **Herode** sapuisse. ac regnū chri-  
 sti cōmune cū hui⁹ mūdi potestatib⁹ esti-  
 malle. ut ⁊ isti tēporalē sperarēt lucē. ⁊ il-  
 le terrenū metueret cōsortem. **Blo.**  
**vbi s̄.** **Ex hoc autē quod pontifices ⁊**  
 scribe respōderunt patet q̄ non ex igno-  
 rantia sed ex cordis duricia credere nolū-  
 erunt. **Ecce enī locū nativitatis exprimūt**  
 quem testimonio scripturę didicerūt. ut  
 ipsa eozū scientia fieret illis ad testimoni-  
 um dānationis. ⁊ nobis ī adiutoriū cre-  
 dilitatis.

**De simulata Herodis religi-  
 one. Cap CIIII.**

**T**unc **Herodes** clam vo-  
 cati magis. remotis sc̄z sacer-  
 dotibus ⁊ scribis. diligēter di-  
 dicit ab eis tēpus stellę que apparuit eis  
**Quam** q̄ locū nativitatis christi didice-  
 rat. quādo nasceret explorat. **Chry-**  
**sosto sup Mat. vbi supra.** **Pa-**  
 tet vero stellam añ multum tēpus appa-  
 ruisse. quia si qñ natus est puer eis appa-  
 ruisset in perfide. plurimū tempus quidē  
 tenerent in itinere. **Nec illum possent ad**  
 huc in pannis inuenire. **Blo. vbi s̄.**  
**Cum autē Herodes locū ⁊ tēpus p̄gno-**  
 uisset. restabat ut ⁊ personam non igno-  
 raret. vnde ⁊ mittens eos in betbleem di-  
 xit: **Ite ⁊ interrogate diligenter de puero**  
 ⁊ cu; inueneritis renūciate mihi ut ⁊ ego  
 veniens adorem eū. **Hoc** dicit ut alacri-  
 us redeant per eū. ⁊ iudei quia rex eozum  
 futurus erat non occultent. **Breg⁹**  
**vbi s̄.** **Cognita** quippe nativitate regis  
 ad callida argumenta cōuertit̄ ne regno  
 terreno priuetur. renūciari sibi vbi puer  
 inueniatur postulat. adorare se velle si-  
 mulat. ut quasi hūc si inuenire possit ex-  
 tinguat. **Chrysosto. vbi supra.**  
**Hinc** similes esse probantur qui sacra



mysterij coione indigne abutimur. Ado-  
rare quippe se fingunt. et cum quantum in ipsis  
est interimunt. iuxta illud apostoli: Qui  
māducauerit inquit et biberit indigne  
erit corporis et sanguinis dñi. **Leo**  
**papa in sermone j.** Herodes suc-  
cessorē in regno suspicatus expauit. et mo-  
litus necem salutis auctori falsum obse-  
quium spondit. quā felix potius foret  
si magoz imitaretur fidē. et ad religionē  
conuerteret quod disponebat ad fraudē  
**O**ccia emulationis stulte impietas que  
perturbandū tuo furore diuinū consiliū  
putas. Dominus mundi temporale nō  
querit regnū qui prestat eternū: quid in-  
comutabilem dispositarū rerū conaris  
ordinem euertere. et alioz facinus pōcu-  
pare: **M**ors christi non est temporis tui  
Ante cōdendū euangeliū. ante p̄dicandū  
est dei regnū. ante sanitates donāde. an-  
te miraculoz virtutes faciēde: **C**ur quod alie-  
ni virtutis futurū est operis tui. vis esse  
criminis et non habiturus effectū. in solū  
te reatū p̄cipitas volūtatē: nihil hac mo-  
litione proficis. nihil pagis. qui natus ē  
volūtate. moriet arbitrij sui potestate.

**I**dem in iiii. Superfluo timore  
turbaris frustra quod in suspectum tibi pue-  
rum sequere moliris. **N**ō capit christū bre-  
uitas tue regionis. nec mūdi dñs angu-  
stij p̄tent est tue potestatis. **U**biq; re-  
gnat quē in iudea regnare nō vis. et feli-  
cior regnare. si eius imperio subdereris.  
**C**ur officio sincero nō facis quod subdola  
fallitate p̄mittis: **C**ū magis perge ac ve-  
rum regē suppliciter adorādo venerare.  
**S**ed tu iudaice sequacior cecitatis non  
fidē gentiū imitaris corq; puerū ad cru-  
deles insidias cōuertis. nec illū occisurū  
quē metuis. nec illis nociturus quos pe-  
rimis.

**D**e ducatu stelle vsq; ad locū  
pueri. **S**lo. vbi supra.

**Cap. CV.**

**Q**uam ergo magi regē au-  
dissent. ut eū. s. pium existiman-  
tes obedirēt. abierūt. s. ut puer

in bethleem quererēt. **E**t ecce stella quā  
viderant in oriente antecedebat eos con-  
tinue. **C**hrysofosto. super **Mat.**  
**P**ropter hoc aliquādiu abscondita fue-  
rat ut amittētes subito itineris sui ducē  
interrogare iudeos de puero cogentur  
sicq; res in omnium noticiā publicaretur.  
**V**eda vbi supra. **P**rius quoq;  
flagitantes cōsiliū diuinū amiserunt ducē  
et cōuersos ad terrenū documētū cele-  
ste deseruit signū. **S**lo. vbi supra  
**U**nde et relicto **H**erode cōtinuo gaudiū  
sūt valde. **S**tella. n. antecedebat eos sem-  
per vsq; dū veniēs staret sup̄ vbi erat pu-  
er. **N**ō. n. vias siderij tenuit s. vt domum  
discernere possent. domui multū vicina  
stetit. q̄i diceret. **A**ug. in ser. de epi-  
phania **V**ic est quē natū esse testabar  
**E**t enī christo plenū redderet obsequiū  
tēperauit gaudiū. donec magos p̄duce-  
ret ad puerū. mōstraret tectū. **I**ngredia-  
tur ergo paruū suppliciter gentilis hospi-  
tium. confiteatur muneribus hominem  
teum. et sic adoret regem nostrum p̄anis  
non purpureis inuolutum. **A**sperit tunc  
magus. obstupuit astrologus. putauerūt  
fatum sed fuit signum. **Q**uam vis certius  
id nosse: obsequiū prebuit non imperiū  
adduxit supplices. ostēdit hospitium. **R**a-  
diabat amplissimū lumine. tecta nati p̄-  
fudit sicq; discessit. **H**ocine ē fatū da-  
re an seruitutē exhibere: **D** infantia cui  
et subdūtur astra. **C**uius est iste magnitu-  
dinis sup̄ne glorię ad cuius p̄anos et an-  
geli excubant et sidera obsequiū dant. et  
reges trepidant. et sapiētie sectatores in-  
geniculāt. **O** beatū tuguriū. o sedes dei  
secūda post celum. vbi lucebat nō lucer-  
na sed stella. **O** celeste palatium in quo  
habitabat non rex gemmatus sed deus  
incorporatus. cui pro mollib⁹ erant thō-  
nis dura p̄sepia. pro laquearijs aureis  
fumea culminum tecta. sed sideris obse-  
quio teaurata. **Q**uerat homo corpore  
circumscrip̄tus ampla palacia pretoria et  
diuersorum colorum marmorum crucis  
atq; fulgētibus bracteis. p̄ciosa exornet



edificia. Non delectatur deus in lapide duro cum vult succurrere mundo. **P** mundi natura. quis est iste cui exhibet obsequium et non habet tectum. sed in presepio dat vagitum. **S**tupeo cum mundo panos et intueor celos. **E**stuo cum in presepio cerno mendicum. et super astra prelatum. **S** quia nature ratio deficit. fides nobis subveniat. **E**t audiamus que verba nobis respondeat. **P**anni siquidem ait isti vagitus infantia humani generis est natiuitas noua. quia interierat homini natura peccati. stella vero fulgens et magis accurrens regis est natiuitas patens.

**D**e introitu magorum et adoratione pueri. **B**lo. vbi supra: **L**ap. CVI.

**V**identes autem magi stellam gauisi sunt gaudio magno nimirum eo quem desiderauerant inuento. **E**t hec quidem stella dominice natiuitatis nuncia que nunquam prius apparuit: sed etiam tunc eam puer creauit quando magis preuiam deputauit. et officio peracto mor esse desijt. **E**t intrantes domum. id est illud quod lucas commemorat diuersorium. inuenerunt puerum cum Maria matre eius. **S**ed cur etiam non Ioseph cum Maria perhibet iuentus? **R**e videlicet aliqua gentibus daret male suspicionis occasio. que primicias suas ad suum saluatorem adorando miserunt statim eo nato. **C**hrysosto. super Mat. li. j. **Q**uid autem gloriosum videntes in puero gauisi sunt qui regem querentes tanti laborem itineris susceperunt? **Q**uid viderunt palacium marmoribus splendidum? **Q**uid coronatam diademate matrem. puerum auro et purpura inuolutum. regia diuersis populis personantem? **S**ed quid? **P**andochium tenebrosum et sordidum et magis animalibus quam hominibus aptum. in quo nemo contentus erat. etiam secedere nisi coactus itineris necessitate. matrem

eius vix unam tunicam habentem. et qualem poterat habere vxor carpentarij etiam peregre constituta. puerum sordidis panibus inuolutum. et in presepio sordidiori positum. **S**ed quia illi regem celestem non terrenum querebant. et si nihil in eo regale videbant. tamen solius stelle testimonio contenti gaudebant: unde et adorauerunt eum. **P**utas infantem non intelligentem adorassent nisi diuinum aliquid in eo credidissent? **B**lo. vbi supra. **P**roidentes inquit adorauerunt eum. scilicet in carne verbum. **E**t ideo proidentes. quia omnis adorator omnem fastum et perfidiam sui deponere debet. ut quem corpore deiectionem prefert in oculis dei animo gerat contritionis cordis et humiliati victimam offerens deo se curandum committat. **B**ern. vbi supra. **S**ed vobis hoc o alienigenis ut a vobis adoratur christus? **R**ecque enim in israel tantam fidem inuenimus. **S**ic nec vos offendit vilis habitatio stabuli. non pauperies cum presepio. **N**on vos pauperis matris presentia. non lactentis scandalizat infantia. **E**dem in eodem. **Q**uid facitis o magi. quid facitis? **L**actentem puerum adoratis. in vili tugurio. in vilibus panibus. **E**rgo ne deus est iste? **C**erte deus in templo sancto suo. et vos eum queritis in vili stabulo. in matris gremio? **N**onne timendum erat fratres ne viri isti scandalizarentur. ut illusos se crederent cum tam indigna viderent? **A** regia ciuitate vbi regem querendum esse coniectabantur. ad bethleem villam parvulam diriguntur. **I**ngrediuntur stabulum inuenerunt inuolutum pannis infantulum. **N**on illis sordet stabulum. non panibus offenduntur. non lactentis infantia scandalizantur: prociunt ante eum. venerantur ut regem. adorant ut deum. **S**ed profecto qui illos adduxit ipse et instruxit: et qui per stellas foris admonuit ipse in occulto intus edocuit. **L**eo papa in sermone de eodem. **E**t si quidem quantum ad illuminationem fidei



pertinebat illis sufficere poterat ut inui-  
 tu corporali nō inquirerēt qđ creditum  
 ⁊ intellectum plenissimo visu mortis in-  
 spicerent. Si diligentia sagaci officij dñi  
 vsq; ad vidēdum puer̄ perseverabat fu-  
 turi temporis hominibus sinebat. vt si-  
 cut profuit nobis omnibus qđ post resur-  
 rectionem domini vestigia vulnerum in  
 carne ipsius explorauit apostoli **Thome**  
**man?** Sic ad nostram vtilitatem profi-  
 ceret qđ eius infantiam magorum proba-  
 uit aspectus. **Viderunt** igitur ⁊ adora-  
 uerunt puerum quātitate paruū. alie-  
 nę opis indignum. fandi impotentem. ⁊  
 in nullo ab humane infantie generalita-  
 te dissimilem. quia sicut fidelia erant te-  
 stimonia que in eo maiestatem inuisibi-  
 lis diuinitatis assererent. ita probatissi-  
 mum esse decebat verbum dei veraz ho-  
 minis suscepisse naturam. ne vel ineffabi-  
 lium operum secutura miracula. vel exci-  
 piendarum supplicia passionum fidei sa-  
 cramentum ex rerum diuersitate turba-  
 rent. cum omnino iustificari non possint  
 nisi qui dominum **Iesum** ⁊ verum deū  
 hominem crediderunt.

**De mysticis eorum muneribus Idem in primo.**  
**Cap. CVII.**

**C**onsumant ergo desidē-  
 rium suum ⁊ stella p̄eunte per-  
 ueniunt ad puerum dominum  
**Iesum** christum. adorāt in carne verbū.  
 in infantia sapientiam. in infirmitate vir-  
 tutem. ⁊ in veritate hominis dominum  
 maiestatis. **Ut**iq; fidei sue sacramentū  
 intelligentieq; manifestent quod cordi-  
 bus credunt. muneribus protestantur.  
 dum thus deo. mirram homini. aurum  
 offerunt regi. diuinam humanamq; na-  
 turam in vnitate persone venerāt. **Qđ**  
 enim erat in substantijs proprium. non  
 erat in potestate diuersum. **Fulgē-**  
**tius vbi supra.** Attende ergo quid  
 obtulerunt. ⁊ agnosces quid crediderūt.

**Per** hoc enim tria munerum genera qđ  
 ab eis offeruntur in vno eodemq; chri-  
 sto ⁊ diuina maiestas ⁊ regia potestas ⁊  
 humana mortalitas intimatur. **Thus**  
 nimirum ad sacrificium. **Aurum** pertinet  
 ad tributum. **Mirra** vero ad sepultra-  
 ram mortuorum. **Hęc** omnia fides san-  
 cta **Christo** veraciter offerre non desinit  
 dum vnum eundemq; verum deum re-  
 gem ac verum hominē credit. ⁊ pro no-  
 bis vere mortuum recognoscit. **In** obla-  
 tione thus confunditur **Arrianus**. qui  
 soli patri sacrificium offerri debere cōten-  
 dit. **In** oblatione mirre confundit **Ma-**  
**nichæus**. qui christum vere mortuum p̄  
 nostra salute nō credit. **In** auro vero si-  
 mul vterq; confunditur. quia ⁊ **Ma-**  
**nichæus** de semine **David** s̄m carnem na-  
 tum non credit regem. ⁊ **Arrianus** vnige-  
 nito deo naturalem assignare nititur ser-  
 uitudinem. **Prionde** vterq; non experiet  
 regem a quo per fidē regatur. sed a quo  
 pro infidelitatis crimine puniatur. quia  
 ab vno diuinitaq; ab altero carnis veri-  
 tas denegatur. **In** eisdem etiā muni-  
 bus confunditur **Restorius**. qui christū  
 nititur in duas personas diuidere. cū vi-  
 derat magos nō alia deo ⁊ alia homini.  
 sed vni deo ⁊ homini eadē munera sup-  
 pliciter obtulisse. **Non** ergo diuidatur i  
 personis qui non inuenitur diuisus i do-  
 nis. **Propterea** quippe vnus idēq; istis  
 muneribus honoratur. vt vnus idēq;  
 deus ⁊ homo cognoscat. **Ista** oblatio  
 magorum cōfundit etiam **Euticetis** in-  
 saniam. qui non vult in christo vtranz  
 verā predicare naturā. **Veritatē** quip-  
 pe istorum muuerum tollit dum in chri-  
 sto vnam naturam predicare contendit.  
**Bern̄. vbi supra.** Verum quid  
 facitis o magi quid facitis. qđ lactentem  
 puerum in tugurio in pannis vilib; ado-  
 ratis. ei; thus oblationem impēdit?  
**Ergo** ne iste est deus? **Dominus** utiq;  
 deus. non in stabulo sed in celo sedes ei?  
**Et** vos eum queritis i vili stabulo. i ma-  
 tris gremio? **Quid** facitis qđ ⁊ aurum



offertis? Ergo rex est ipse? Et ubi aula regia. ubi thronus. ubi curie regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum. thronus presepius. curie frequentia Joseph et Maria? Non ita insipientes facti sunt viri sapientes. ut adorent paruulum despicabilem tam sua etate quam paupertate suo? Insipientes facti sunt ut fieret sapientes. et predicauit eos spiritus. quod postea predicauit apostolus. Qui vult esse sapiens fiat stultus. ut sit sapiens.

**D**e moralibus nostris oblationibus. Fulgentius ubi supra. Cap. CVIII.

**E**t nos itaque fratres offeramus christo indubitanter in fide quod magi obtulisse agnoscuntur in munere. ut vere diuinitas humanitatisque confessio ipsa sit apud christum nostra fidelis oblatio. Gregorius ubi est. Nato domino aurum offeramus ut eum ubique regnare fateamur. Offeramus thus. ut credamus quod is qui in tempore apparuit ante tempora deus extitit. Offeramus et mirram ut eum quem in sua diuinitate credimus impassibilem etiam in nostra carne fuisse mortalem. Aliter autem in auro sapientia designatur. sicut per Salomon dicitur: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure quod deo incendit virtus orationis exprimitur. sicut Dominus testatur: Dirigatur inquit oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per mirram vero carnis nostre mortificatio figuratur. sicut ecclesie voce de suis operariis usque ad mortem pro deo certantibus dicitur: Quando meum distillauerunt mirram. Itaque nato regi aurum offerimus. si in eius conspectu claritate superne sapientie resplendemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus. ut aliquid suauiter deo per celestem desiderium redolere valeamus. Mirram offerimus si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Per mirram namque mortua

caro seruetur a putredine. Mortua vero carne putrescere est hoc mortale corpus luxurie fluiti deservire. Hinc de quibusdam dicitur per prophetam: Coputruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore putrescere est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Mirram ergo deo offerimus. cum hoc mortale corpus a putredine luxurie per condimentum continentie custodimus. **Aug.** in sermone de eodem. Aurum quoque offerimus si elemosynam faciemus. Thus autem si orationem fundamus. Mirram vero si pro illo moriamur. **Bern.** in sermone de eodem. Magi quidem si solum aurum puero obtulissent videri fortasse possent paupertati matris voluisse consulere. nimirum ut haberet unde paruulum posset filium educare. Punc autem cum aurum thus et mirram pariter offerunt. proculdubio spiritualis oblationis genus insinuant. Aurum enim excellere videtur inter diuitias seculi. quod nos deuote per eius gratiam offerimus saluatori. cum pro nomine ipsius ex integro derelinquimus substantiam huius mundi. Jam vero necesse est ut qui terrena perfecte contempsimus. flagranti desiderio celestia inquiramus. Sic enim offerimus thuris odoramentum quo nimirum ut in Apod. legimus. designantur orationes sanctorum. Oportet etiam ut non solum presens seculum contenas. sed et carnem ipsam castiges ac seruituti subicias. Nam qui dixit: Nisi quis renunciauerit omnibus non potest meus esse discipulus. Ipse quoque alibi ait: Tollat crucem suam et sequatur me. Duas igitur alas habeat oratio nostra. contemptum mundi. et afflictionem carnis. Rec dubium quin celos penetret et in conspectu dei sicut incensum dirigatur. in qua cum auro thure mirra quoque pariter offertur. **Glo.** ubi supra. Porro si de magorum muneribus queritur. an singuli obtulerint singula. an vnusquisque tria. Magis fateri conuenit quod mysterio



congruit. Nullus enim vere christianus dicitur qui non christum et deum et regem et passum confiteatur. quod illis tribus muneribus significatur.

## De magorum reuersione et Herodis illusionem.

Cap. CIX.

**S**icut autem Moyses tacens clamabat. sic isti pio affectu interrogabant. quod diuina iuberet voluntas. Nec puer ad eos loquitur. ne diuinitas ante tempus reuelatur. et ut vera eius humanitas habeat. Sed responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem. per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. **G**regorius ubi scribit. Hinc patet quia non est sapientia. non est prudentia. non est consilium contra dominum. Herodes enim sibi renunciari de puero postulauerat. et ut eum si inuenire posset extingueret. adorare se velle simulabat. Sed magi postquam a stella perducti regem nouum reppererunt. eorum munera detulerunt. ne redirent ad Herodem in somnijs admoniti sunt. Sicque fit ut Jesum quem querit Herodes inuenire non possit. Cuius persona qui alij quam hypocrite designantur? Qui dum ficto dominum querunt inuenire nunquam merentur. **L**eopapa in sermone iij. Adorato itaque domino magi et omni completa deuotione secundum admonitionem somnij. non eodem quod venerant reuertuntur itinere. Oportebat enim ut iam in christo credentes non per antiquae conuersationis semitas ambularent. sed noui ingressi viam a relictis erroribus abstinerent. **G**regorius ubi scribit. In eo vero quod admoniti fuerant faciunt nobis profecto quid faciamus innuunt. Regio quippe nostra paradysus est. ad quam Jesu cognito redire per viam qua venimus prohibita est. A regione enim nostra superbiendo. inobediendo. visibilia sequendo. cibum vitium gustando discessimus. sed ad eam necesse est ut fleo

obediendo visibilia continentendo. et appetitum carnis refrenando redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur. quam qui a paradisi gaudijs per delectamenta discessimus ad hanc per lamenta reuocamur. **F**ulgentius ubi supra. Itaque predicta munera cum magis unanimiter offeramus. et ad regionem sanctorum tota cordis deuotione tendamus. nec viam veteris vite teneamus. sed diuinis mandatis humiliter obsequentes. quia precipit dominus ambulemus. ut ad patriam venire valeamus. ubi sine fine cum ipso domino gaudeamus. Dominis via est eius vita. Qui male viuit viam tenet erroris. qui vero bene per viam graditur veritatis. Ergo qui per viam ambulabat fornicationis. viam teneat castitatis. Qui viam tenebat auaritie. teneat viam misericordie. Qui ambulabat per viam fictionis. viam nunc teneat puritatis. Ambulemus bene per fidem ut perueniamus ad speciem. ubi plenum erit gaudium nostrum. quia implebitur in bonis desiderium nostrum.

## De veneranda die epiphaniae.

Cap. CX.

**R**ecte quidem ipsa dies in qua vnigenitus deus secundum carnem temporaliter natus est magis venientibus manifestatus. ore cunctorum fidelium epiphania venerabiliter nuncupatur. quam epiphania manifestatio interpretatur. **M**aximus ubi scribit. In hac igitur in conspectu nostri dei nouo gaudio nos exultare conuenit. in qua noua stella nouum hominem mundo reuelauit. In hac die christus Iesus a patre veniens. deus et homo ex femina natus. sub chaldeorum adorantium spe. fidem gentium dedicauit. qui quantum diuinitatem suam nostri corporis adumbratione velaret. ipsum tantum dei filium esse celum prodidit et terra cognouit. Humilis quidem venit. sed mirabilis. ut in eo pariter et veritas



assumptę carnis ineffabilis natura fulge-  
ret deitatis. Et quęq; terrena cunabula  
nascentem suscipere. illum tamen non  
esse terrenum celeste testabatur signacu-  
lum. In cunis nãq; iacebat sed e celo ra-  
diabat. apud indęos vagiebat. apud gę-  
tiles regnabat. In bethleem a matre la-  
ctabatur. 7 in chaldeę a magis adoraba-  
tur. **Leo papa in sermone ij.**  
Bandendum est igitur in domino. quia  
post natiuitatis eius solennitatem breui  
temporis intervallo festiuitas declara-  
tionis eius illuxit. 7 quem in illo die vir-  
go peperit. in hoc mundus agnouit. ver-  
bum enim quod caro factũ est. sic nostre  
susceptionis exordia temperauit. ut Je-  
sus natus credentibus manifestus. 7 per-  
sequentibus esset occultus. **Idem  
in quinto.** Precesserãt quidẽ multa  
documenta quę corpoream natiuitatem  
dei manifestis declararẽt initijs. siue cũ  
beata virgine Maria se spiritu fecundã-  
dam ac dei filium parituram audiuit et  
credidit. siue cum ad salutationem ipsi-  
us in utero Elizabeth nõdũ natus Johã-  
nes exultatione pphetica cõmotus fuit.  
quasi etiã intra viscera matris clamaret.  
Ecce agnus dei ecce q; tollit peccata mũ-  
di. Vel cum ortum dñi angelo nuncian-  
te pastores celestis exercitus sunt clara-  
te circũdati. ut non ambigerent de pote-  
state pueri. quem erant in presepe visuri.  
nec putarent q; in sola natura hominis  
esset editus. cui supernę militię famulare-  
tur occursum. Sed hęc 7 huiusmodi alia  
paucis tunc ut videtur personis innotu-  
erãt. qui vel ad cognationẽ Marię vir-  
ginis vel ad sancti Joseph familiã per-  
tinebãt. Hoc autem signum qd magos  
in longinquo positos 7 effica ceter mouit  
7 ad dñm Iesum persenerantes attraxit  
illius sine dubio gratię sacramentũ 7 il-  
lius fuit vocationis exordium. qua non  
in iudea tantum. sed etiam in toto mun-  
do christi erat euangelium p̄dicandum.  
vt per illam stellam quę magorum visui  
splenduit. israelitarũ vero oculos non

**A**erito quidem cęli locu-  
ti sunt. angeli gratulati. pasto-  
res letati. magi inuitati. reges  
turbati. paruuli coronati. Nam 7 q̄ pe-  
perit mater 7 virgo ē. Et quez peperit in-  
fans 7 verbū ē. Prophetę cecinerūt cō-  
ditores cęli 7 terre. In terra cū hominib⁹  
futurum angelus nūciauit creatorē car-  
nis 7 spiritus in carne ventur. Saluta-  
uit Iohannes ex vtero in vtero saluato-  
rem. Simeon senex deū agnouit infan-  
tem. Vidua Anna virginē matrē. Hęc  
sunt testimonia tuę natiuitatis dñe Je-  
su anteq̄ tibi fluctus substernent calca-  
ti. cederent imperātī. añq̄ ventus te iu-  
bente siluisset. mortuus te vocante reuix-  
isset. sol te moriente palluisset. terra te re-  
surgente tremuisset. cęlū te ascēdente pa-  
tuisset. añq̄ ista mirabilia iam iuuenili  
tuo corpore fecisses. Adhuc portabaris  
in manibus matris 7 iā dñs orbis agno-  
scebaris. **Maximus in sermo-  
ne de eodem.** Olim quidem vene-  
rabiles patres nostri viderunt innume-  
ra magnaq; mirabilia dei. Cęlum illis  
angelicas escas rozaui. dulcia pocu-  
la lapis durissimus ministravit. iorda-  
nis perpetem meatum suum in fontē re-  
torlit. validissimi hostiū muri tubarum  
strepitu corruerunt. sol quoq; cōmorat⁹  
in cęlo longiozem triumphanti populo  
diem prestetit. Hoc vero nullis antea se-  
culis videre datū est. vt vnigenitus al-

tissimi quem trementes archangelorum  
suscipiunt potestates. hominem se homi-  
nibus exhiberet. 7 carnē quā sumpsit ab  
homine in deum transformaret. Vt tibi  
sensuum tuorū fragilitate videtur indi-  
gnum dei filium ex femina natum crede-  
re. cogita virginem peperisse. Si tibi for-  
tasse panni vilescunt quibus est obuolu-  
tus. angelos collaudantes 7 multitudi-  
nem mirare celestis exercit⁹. Si presepe  
in quo iacuit infans despicias. paulisper  
oculos erige 7 nouam ī cęlo stellam. pre-  
stantem mundo natiuitatem domini cō-  
tuere. Si credis vilia. crede mirifica. Si  
de his disputas que humilitatē sūt. ve-  
nerare que alta sunt. **Eodem de eo-  
dem.** Quis ergo de natiuitate christi-  
quis de illius redēptione cunctetur. que  
7 gabriel annunciat saluatorē. Et Ela-  
ias deum profitetur. Quis intacte puer-  
perę dubitet aliuū floruisse quā vno pene  
ore eodemq; spiritu proloquuntur euan-  
gelia angelus 7 ppheta. Vbi nimirum  
tanti talesq; testes inueniuntur nō eru-  
bescit veritas. sed auditor incredulus cō-  
futatur.

**De permixtione humilitatis  
eius 7 glorie.**  
Cap. CXXVIII.

**S**ed iam videam⁹ quas  
pro nobis natus perferat inui-  
rias christus quibus ne rursus  
ille decozentur iniurię virtutib⁹ añ om-  
nia quidem femineo sexu se concipi pas-  
sus est. qui in exordio mūdi omnipoten-  
ti manu de masculo femina operatus  
est. Sed hanc humilitatem natiuitatis  
sublimat virginalis integritas matris.  
Et quāuis natus christus ut infans fe-  
mineo lacte pascatur. tamen vt rerū po-  
tens virgineis vberibus nutritur. Atq;  
vt illum maternus vterus primum effu-  
dit in has seculi procellas. mundi q; sen-  
tinam fluctuantis. vilissimis pro nobis  
circūdatur pannis. qui cū crearet omnia



terras luce perfudit. celū sideribus ador  
navit. 7 ignea solē claritate vestiuit. Ob  
uoluitur quidem pānis. sed hi panni no  
ua stella radiante venerantur a magis. 7  
exultātibz honorant angelis. **I**dem  
in alio de eodez. Ecce fortassis hūc  
qui natus p̄dicatur ex vtero mulieris dñi  
vilibz obuoluit pannis. dum iacet cō  
temptus in p̄sepi. lachrymosis concre  
pat vagitibz. dñi maternis lactat vberibz  
deum esse diffidis. Imo per ista fra  
ter aduerte eū ut hominē infirma pro in  
firmis pertulisse. 7 ut deum celestē potē  
tiam exercuisse. **H**ic nāqz qui sordentibz  
pannis circūdatur. regis per chaldeos  
muneribus honoratur. **H**ic qui in p̄se  
pio iacet humilis. e celo coruscat lumine  
noui sideris. **H**ic q̄ reddit infantie vagi  
tus vocibus angelici collaudat exercit?  
**H**ic qui femineo nutrit lacte multa ho  
minum milia paruissimo faciauit pane.  
**Q**uid illud adiciā. q̄ illum esse deuz ac  
verum dei filiū. resurgens a mortuis. **L**a  
zarus probat. recepto lumine cecus an  
nunciat. venerandis eius calcata vesti  
gijs vnda maris. p̄clamat. **E**t qd̄ p̄cel  
lit hęc omnia resultans e celo vox pat̄na  
confirmat. **L**eo papa de eodez  
sermo vij. Assūptus igitur hō in filiū  
dei sic in vnitatem personę christi ab ip  
sis corp̄alibus exordijs est receptus ut si  
ne deitate nec cōceptus sit nec edit? nec  
nutritus. **I**dem erat in miraculis. idē in  
contumelijs. **P**er hūanam infirmitatē  
crucifixus mortuus 7 sepultus. p̄ diuinā  
virtutem die tertia suscitatus. ad celos  
ascendit 7 ad dexterā patris sedit. 7 i na  
tura quidē hominis a patre accepit qd̄ i  
natura deitatis etiam ipsi donauit.

**I**dem in nono. **H**onoret ergo  
in infantia sua dñs. nec ad deitatis refe  
rantur iniuriā incrementa corporea. **S**i  
quidem incōmutabili nature. nec addit  
aliquid natura nostra nec minuit. sed  
qui in similitudinē carnis peccati digna  
tus est hominibus esse cōformis. in vni  
tate deitatis p̄ri permanet equalis.

**D**e mysterijs eorum que facta  
sunt in ipsa nativitate. **M**axi  
mus in sermone de eodem.  
Cap. CXXIX.

**D**eniqz nouerim? ea que  
supradicta sūt vnuerſa p̄ my  
steriū eē v̄l facta v̄l dicta. **H**ic  
enim qui pannis circūolui p̄dicatur.  
ab initio de sinu patris eternoqz thala  
mo salutariū nuptiaruz sponſus venit e  
celo. **A**it quippe **D**avid in ps̄: **Q** ipse  
tāqz sp̄s procedēs de thalamo suo.  
positus est autē in p̄sepio. quia nō erat  
ei loc? in diuersorio. **O**mnis hęc vilitas  
saluatoris preciosissimū est sacramētum  
nostre salutis. **V**idete nanqz quāta sa  
pientia christus in p̄sepi dicitur collo  
cari. qui gemina quadaz gratia futurus  
erat 7 pastor 7 esca generis humani. **R**e  
cte ponitur in p̄sepi. ut ad pabula per  
bennis inter spiritualium ouium greges  
inuitet balat? celestis agni. **D**eniqz nū  
quid tāta erat illius mātionis angustia  
vt nati sub hora paruuli nō caperet mē  
bra. **S**ed idcirco refertur sermone mysti  
co non inueniri locum in diuersorio. qz  
christus mūdum ingressus fidem in qua  
posset requiescere non inuenit. sicut ipse  
met in euangelio ait: **F**ilius hominis nō  
habet vbi caput suum reclinet. **V**nde  
aduertimus quia nō in spaciosis domi  
bus 7 deauratis laquearibus. sed in fide  
credentium requiescit vnicus dei filius.

**I**dem in alio. **D**eniqz q̄ de? de  
deo patre processit ineffabilis ac perma  
nentis est secretum virtutis. **Q** homo na  
tus est ex femina nostre salutis est gratia  
**U**llic enim gloria nature. hic mysterium  
voluntatis benefice. **Q**uis autem profū  
dum hoc celestis consilij valeat estimare  
q̄ immortalis deus ut carnis conditio  
ne mortem pro mortalibus suscipere pos  
set de vtero femineo nulla corporeę gene  
rationis lege conceptus humana voluit  
sub lege prodire? **I**n pannis deniqz vili  
bus infirmitatis nr̄e indicat se suscepisse



personas. **Q**uam in presepio ubi pa-  
stus est animalium. sua collocari mēbra  
permittit. in eternam refectionem vesce-  
dum a mortalibus suum corpus ostēdit.  
**Q**uid illud dicam q̄ in terras multitu-  
do descendens angelica vagientem par-  
vulum laude prosequit̄ gloriosa. **S**tu-  
pet enim tam grande miraculum omnis  
creatura q̄ vn̄ idemq̄ 7 deus in celo re-  
gnat 7 homo nutritur in terra. **C**ui my-  
sterij beatus **D**auid dū novitatē annū-  
ciat omne genus hominū ad canticū spi-  
ritualis concentum inuitat dicens: **C**ā-  
tate domino canticum nouū cantate do-  
mino omnis terra. **D**ignum etenī vt eo-  
rum laudib⁹ honoretur p̄cipue quos  
corpis pp̄ij passione saluauit. suiq̄ san-  
guinis effusione.

**D**e stupore diaboli in horum  
cōsideratione. **L**eo papa in ser-  
mone de eodem ij.

Cap. CXXX.

**Q**uam itaq̄ misericors oī-  
potensq̄ saluator. sic huma-  
nē susceptionis exordia t̄paret.  
vt virtutem inseparabilis ab homine suo  
deitatis per infirmitatis nostre velamen  
absconderet. illusa est astucia hostis secu-  
ri qui pueri natiuitatē in salutem huma-  
ni generis. p̄creati non aliter q̄ omnium  
nascētū putauit obnoxiam sibi. **V**idit  
enim vagiētē atq̄ lachrymantē puerū.  
vidit p̄nis inuolutū. circū ditioni subdi-  
tū. 7 sacrificij legalis oblatione punctū.

**M**aximus in sermone de xl.  
**V**erū tamen cū eum p̄ tanta miracula p̄-  
creatū videbat. voluebat secum vt arbi-  
tror 7 admirās dicebat: **Q**uis est iste q̄  
mundum istum ingressus est me nescien-  
te. **N**oni quidez q̄ sit de femina natus  
sed nescio vnde p̄ceptus. **A**stat ecce ma-  
ter. sed inuestigare non valeo quis sit p̄r.  
**I**nconsueta lege pariendi edito filio m̄r  
exultat vt virgo. **E**n iacens in cunabulis  
parvulus lachrymis vultū suffūdit. seq̄

similem esse mortalium vagitib⁹ prodit.  
**E**t cum ei de infantia nil desit. nulla ta-  
men velut in infante corruptio existit.  
**P**annis oblitus sozdet. sed celū illi stel-  
le radio letioris aridet. **I**n eius honore  
angeli ministrantes inter sidera terrasq̄  
concurrunt. 7 quā non intelligo nouita-  
tem annunciantes plaudunt. **Q**uid est  
h̄ miraculi. video q̄ aduertere nequeo.  
audio q̄ sustinere non valeo. ut h̄o nāp  
honoratur ut deus. **A** seculis nunq̄ hoc  
contigit mihi ut quisq̄ nasceretur homo  
vitij nil habens humani. **Q**uē est hęc tā  
noua potensq̄ generatio. **I**nter pecca-  
tores 7 impios natus etiam mortali de  
matre progressus est. sed purgator cun-  
ctis nascentibus ut ipso mihi celo purior  
apparet. **A**uaritię radix in eo nulla p̄sur-  
git. nulla cor ei⁹ iuriam pulsat. eiusq̄ lin-  
gua mendacium nescit. **O**culis eius con-  
cupiscentia nō admittit. nulla auriū vo-  
luptate molliet. luxuria p̄ quā mihi subie-  
ci humanū genus penetrare nō valet p̄-  
ctus ei⁹. **N**ulla inest ei iactātia. nullaq̄  
malicia. **E**t quid plura. **N**ihil in eo repe-  
rio qd̄ mihi delectationē p̄beat. omnes  
meos conatus euacuat. **Q**uid agā. quo  
me vertā. fortiorē sentio. puto illū velle  
regnare ī regno meo. **T**imeo ne forte de⁹  
sit iste. quē nullū potest delictū maculare.  
**V**ex si deus esset quō s̄ femine part⁹ in-  
dignitates sustineret. quō cunis p̄nisq̄  
contentus esset. **Q**uis credere possit in-  
fantie vagitus in deo. **C**ui ridiculū non  
sit deū nutriri lacte femineo. **I**gnorabat  
nimirū diabolus quia q̄ **C**hristus nutri-  
menta perferebat infantie. non tam erat  
fragilitatis corporeę. q̄ sacramētum ce-  
lestis gratie.

**D**e relatione pueri ab egypto  
in nazareth ciuitates. **B**lo. vbi  
supra. Cap. CXXXI.

**D**e functo autem **H**ero-  
de apparuit angelus domini in  
sōnis **I**osephī egypto dicēs:



Surge et accipe puerum et matrem eius. Nota quod dicit puerum non filium tuum et eius matrem non tuam uxorem. Et vade inquit in terram israel. defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. id est. vitas pueri scilicet Herodes et scribae et pharisaei. Nam et sacerdotes et scribae cum Herode meditati sunt mortem domini. Tradunt autem quidam quod Herodes fecit super funus suum nobiles iudeorum occidere ut sic iudeos cogeret in morte sua lugere. Consurgens autem Ioseph accepit puerum et matrem eius et venit in terram israel. Quia vero angelus in qua parte illius terre migrarent non instruxerat. Ideo Ioseph intellexit iudeam quam pars regni dignior erat. Visum est enim illi non deberet alibi habitare puerum nisi in hierusalem ubi erat templum et celebratio prophetarum. Sed audiens quod Archelaus regnaret in iudea pro Herode patre suo. timuit illuc ire et admonitus in somnis ab angelo secessit in partes galilee. que nimirum et ipsa terra israel erat. quam zillani populus israel incolebat. Archelaus quidem post patrem monarchiam totius regni tenuit. sed insolescens a Tiberio cesare deiectus lugdunum est exilio depositus. Et tunc diuisum est regnum in tetrarchias. quarum vnus frater eius Herodes obtinuit. id est. galileam. Pilatus autem viciniam. Si ergo Ioseph in habitare iudeam pro Archelao patris crudelitatis herede timebat. cur non in galileam ubi et Archelaus adhuc regnabat. et frater eius Herodes regnaturus erat? sed melius in naçareth eo quod esset remota latere poterat. quam in hierusalem ubi caput regni et Archelaus assiduus erat. Veniens igitur et habitauit in naçareth. ut illud de Christo propheticum impleretur quoniam naçareus vocabitur. Hoc autem euangelista dictum per prophetas pluraliter dicit. quia non habemus fixum de scripturis exemplum. et ideo se sensum non verba sumpsisse ostendit. Vel eisdem verbis Esaias in xititate hebraica

habet. et naçareus de radice eius ascendet. Naçareth enim flos campi vel germen nouellum vel sanctitas interpretatur. de cuius radice germinis sanctus sanctorum. id est. naçareus ascendisse legitur. Unde et eius discipuli primo communi nomine naçarei vocari consueverunt. Sed postquam Petrus antiochenam sedem tenuit. communi consilio greco nomine a christo christiani dicti sunt. Sicut ergo elegit tempus et locum in quo nasceretur. sic et civitatem in qua coalescens nutrireretur. cuius nomen est inditio quod essentialiter ipse sanctitatis in sanctitate nutritus sanctus sanctorum quasi naçareus naçareorum recte dicitur. **Uerbum in sermone de annunciatione.** Venit igitur in naçareth sicque magnus in parua civitate thesaurus latet. Sed homines in quibus latet deum non latet. Celum ex patre naçareth sibi vendicat ex matre. Siquidem ipse se et filium dauid et deum testatur esse. Celum celi domino; terram autem dedit filiis hominum. Audi etiam quomodo terram sibi tanquam filius hominis vendicat. sed et tanquam sponsus communicat. Flores inquit apparuerunt in terra nostra. Neque hinc discrepat quod naçareth florem interpretatione sonat. Amat florigeram patriam. flos de radice Jesse. et libenter inter lilia pascitur flos campi et lilium conuallium. Commendat enim flores triplex gratia pulchritudo species fructus et suauis olentia. Te quoque florem reputat deus et ei bene conplacet in te si tibi nec decor honeste conuersationis. nec fragrantia bonae opinionis. nec intentio desit future retributionis. Fructus enim spiritus est vita eterna.

**De inuentione eius in medio doctorum.** Beda in omel. de inuentione Iesu in medio doctorum. **Lap. CXXXII**

**Q**uod autem dominus Iesus adhuc puer per omnes annos cum parentibus in pasca



hierosolymam venit. humane nimirum  
humilitatis indicium fuit. **D**ominis enim  
est ad offerenda deo sacrificiorum spiri-  
tualium vota concurrere. et auctorem su-  
um orationibus lacrymisque profusis si-  
bi conciliare. **F**ecit ergo dominus inter  
homines homo natus quod faciendum  
hominibus per angelos imperauerat deus.  
**S**eruauit ipse legem quam dedit. ut no-  
bis qui puri homines sumus ostenderet  
seruandum per omnia quicquid deus iu-  
bet. **I**dem super **Lucam primo**  
**Q**uerit autem aliquis. quomodo tanta  
parentum cura nutritus filius dei potue-  
rit his abeundo obliuiscendo hierosoly-  
mis relinquere. **C**ui respondendum est. quod  
filius israel moris fuerit. ut temporibus fe-  
stis vel hierosolymam confluentes vel ad  
propria redeunt incederent. seorsum au-  
tem semine choros ducentes. **I**nfantibus  
vero vel pueri potuerunt indifferenter ire  
cum quolibet parentum. **E**t ideo beatam  
**M**ariam vel **J**oseph vicissim putasse  
puerum **J**esum quem secum comitari non  
cernebant cum altero parentum reuersum.  
**E**t factum est post triduum inuenerunt  
illum in templo sedentem in medio do-  
ctorum. **Q**uasi fons sapientie doctorum  
medius consistit. sed quasi exemplar hu-  
militatis audire prius et interrogare do-  
ctores quam indoctos instruere querit. **R**e-  
etenim paruuli erubescant a senioribus  
discere. et ipse ob etatis humane congru-  
entiam non erubescit deus hominibus au-  
scultare ne quis infirmus audeat docere.  
**I**dem in **omel. supradicta.**  
**D**ergo duodenis in templo audiens et  
interrogans sedet in medio doctorum.  
humilitatis humane est indicium. imo  
etiam eximium discende humilitatis ex-  
emplum. **D**eique virtus et dei sapien-  
tia hominem induta ad audiendos ho-  
mines aduenire dignata est. ut nimirum  
hominibus quamuis ingenio summo pre-  
rogatis necessarium discendi formam pre-  
rogaret. ne si qui veritatis discipuli effici  
refugerent erroris magistri fierent. **E**t be-

ne qui iuuenis erat doctrine subituro  
officium puerulus adhuc seniores audit  
et interrogat. ut. si illorum audacia pui-  
da dispensatione contempserat. qui non solum  
indocti sed etiam impudetes ad docendum  
prosumere magis quam ad discendum vo-  
lunt submitti. **S**tupebant autem om-  
nes qui eum audiebant super prudentiam  
et responsis eius. **I**dem enim deus et ho-  
mo ad ostendendum quod homo erat ho-  
mines magistros libenter audiebat. **A**d  
probandum vero quia deus erat. subli-  
miter respondebat. **Q**uam autem matri di-  
centi. **F**ili quid fecisti nobis sic etc. **R**e-  
spondit. **E**t quid est quod me querebatis  
etc. **D**iuine maiestatis indicium fuit. de  
qua et alibi dicit. **O**mnia quecumque ha-  
bet pater mea sunt etc. **I**deoque rectissime  
templum non minus ad se quam ad patrem  
testatur pertinere. **I**nuentus enim in tem-  
plo dicit. in his que patris sunt oportere  
se esse. quia nimirum quorum una maie-  
stas et gloria est. horum etiam una fides  
ac domus est.

**D**e obedientia pueri et profectu  
et sapientia et gratia.

Cap. CXXXIII.

**Q**uod autem rediens na-  
zareth erat subditus illis. id est  
parentibus humane veritatis  
indicium est. simul etiam humilitatis ex-  
emplum. **I**n ea namque natura subditus  
erat hominibus in qua pater minor est.  
sicut et ipse dicit. quia pater maior me est.  
**C**uius multum miranda est dispensatio  
quia dum parentes suos mysterium di-  
uine maiestatis sue. necdum capere vi-  
disset. exhibuit eis humane subiectionem  
humilitatis. ut per hanc eos paulatim ad  
agnitionem diuinitatis institueret. **C**um  
enim dixisset. quid est quod me querebatis etc.  
ipsi non intellexerunt verbum et ob hoc vt con-  
prehendere nossent descendit ipse cum ipsis  
ad inferiora conuersationis eorum. **A**e-  
pitque manere in his que illorum erant



et erat eis pia dispensatione subiectus. donec proficiente humilitatis magisterio. quod omnibus creaturis esset preferendus agnoscerent. **Berni. super can. omel. prima.** Erat inquit subditus illis. Quis quibus deus hominibus. nec tantum Marie. sed etiam Joseph propter Mariam. Virare ergo utriuslibet et elige quod amplius mireris. siue filij benignissimam dignationem. siue matris excellentissimam dignitatem. **Utrumque stupor. utrumque miraculum. et quod femina deus obtemperet humilitas absque exemplo. et quod femina deo principet sublimitas sine socio.** In laudibus virginum singulariter canitur. quod sequuntur agnum quocumque ierit. Quibus ergo laudibus indicas dignam que etiam pregit. **Deus humiliat et tu te exaltas. Deus se hominibus subdit. et tu dominari gestiens hominibus. tuo te preponis auctori.** Utinam mihi aliquando tale quid cogitati deus respondere dignetur quod et suo increpando respondit apostolo. **Ua de inquit post me sathanas. quia non sapis ea que dei sunt.** Quotiens enim hominibus preesse desidero. totiens deum meum preesse contendo. et tunc vere non sapio ea que dei sunt. **De ipso namque dictum est. Et erat subditus illis. Si hominis o homo imitari te dignaris exemplum. certe non erit tibi indignum sequi auctorem tuum.** **Idem.** Quod autem dicit euangelista. quod proficiebat Jesus sapientia et gratia. nequaquam intelligendum est secundum quod erat sed secundum quod apparebat. non quod aliquid ei nouum accederet quod ante non haberet. sed quod accedere videretur quando volebat ipse ut videretur. Tu quidem homo cum proficis. nec quando. nec quantum vis proficis sed te nesciente tuus profectus moderatur. tua vita disponit. At vero puer Jesus qui disponit tuam. ipse disponebat et suam. et quando volebat. et quibus volebat sapiens apparebat. quando et quibus volebat sapientior. quando et quibus volebat sapientissimus. quod quod in se nunquam esset nisi sapientissimus. **Similiter et cum semper om-**

ni gratia plenus fuisset. siue quam apud deum. siue quam apud homines habere deberet. pro suo tamen arbitrio eam nunquam plus. nunc minus ostendebat. prout certentium vel meritis congruere vel saluti expedire sciebat.

**De pulcritudine faciei eius. Hieronimi. ad principiam virginem. Cap. CXXXIII.**

**Q**ueritur autem quomodo fuerit speciosus forma pro filijs hominum. de quo habetur in **Isaia scriptum. Non est ei species neque decor. Sed ibi quidem ignobilitas corporis propter flagella sputa et alapas et clauos et iniurias patibuli commemoratur.** **Hic autem in sacro et venerando corpore pulchritudo virtutum insinuat. non quod diuinitas eius hominibus comparata speciosior sit. hec enim compationem non habet. sed absque passionibus crucis pulchrior vniuersis virgo de virgine fuit. qui non ex voluntate viri sed ex deo natus est. Nisi enim habuisset et in vultu oculisque quiddam siderum. nunquam eum statim apostoli secuti fuissent nec illi qui ad eum comprehendedum venerant corruissent.** **Idem super Mat.** Arguit quidem **Porphyrius et Julianus augustus. vel historici mentientis imperitiam. vel discipulorum stulticiam qui statim vocati secuti sunt saluatorem tanquam irrationabiliter quemlibet hominem secuti sint se vocantem. cum utique tantę virtutes. tantaque signa precesserint. que ipsos apostolos vidisse non dubium est antequam crederint.** **Et certe fulgor ipse diuinitatis occulte que etiam in humana relucebat facie ex ipso primo aspectu eos ad se trahere poterat. sicut magnes lapis anulos et stipulas ac festucas sibi copulat.** **Idem in tertio.** Inter omnia denique signa que fecit hoc mihi mirabilius esse videtur. quod vnus homo illoque tempore contemptibilis. et intantum vilis ut postea crucifigeret. scribis et pharisais contra se scientibus. suaque



lucra destrui videntib<sup>9</sup>. potuerit ad vni<sup>9</sup>  
 flagelli verbera tantā venditū et emētū  
 in templo multitudinē eijcere. mēlas s<sup>9</sup>  
 uertere. cathedras cōfringere. et alia facere  
 quę infinitus nō fecisset exercit<sup>9</sup>. Igneū  
 enim quiddā atq<sup>3</sup> sideriū ex oculis eius  
 radiabat. et diuine maiestas in facie luce  
 bat. **I**dem sup̄ **Esaiam l. xij.**  
**D**eniq<sup>3</sup> iuxta p̄phiaz **Esaię.** non tristis  
 neq<sup>3</sup> turbulentus fuit sed equalitatē vul  
 tus oī tpe cōseruauit. **Q**uō falso p̄bi glo  
 riabātur de **Socrate.** nūq<sup>3</sup> s. cū pl<sup>9</sup> soli  
 to tristē aut letū fuisse. **G**anfred<sup>9</sup>  
**carnotēsi.** De hac autē facie vel figu  
 ra dñica scibit ad **Karolum Hadrian<sup>9</sup>**  
 papa. **R**enelatione fidelīū de partibus  
 oriētis frequēter agnouim<sup>9</sup> q<sup>3</sup> redēptor  
 hūani generis appropinquāte die passio  
 nis cuiusdā regi **Edissenę** ciuitatis deside  
 ranti eū corporalit<sup>9</sup> cernere. cūq<sup>3</sup> ad se vo  
 canti. vt et persecutiones iudeoz aufuge  
 ret. et auditas miraculoz opimones et sa  
 nitates. curationes illi et p̄plo suo impar  
 tiret: **R**ūdit: **S**i faciē meā corporalit<sup>9</sup> cerne  
 re cupis. en tibi vultus mei speciem trans  
 formatā in lintheo dirigo per quā et desi  
 derij tui feruorē refrigeres. et qd<sup>3</sup> de me au  
 disti nequaquā impossibile fieri existimes.  
**P**ostq<sup>3</sup> tñ cōplēuero ea quę de me scri  
 pta sunt. dirigam tibi vnum ex discipul<sup>9</sup>  
 meis. qui tibi et populo tuo sanitates im  
 partiat et ad sublimitatem fidei vos per  
 ducat.

**D**e statu adolescentie vel iuue  
 tutis ipsius. **Bern<sup>9</sup>** in sermone  
 de epiphania domini.  
 Cap. CXXXV.

**D**e infātia dñi lego par  
 quid in euāgelio. et ex tunc iam  
 vsq<sup>3</sup> ad annū trigēsimū nihil  
 inuenio. **Q**ui dei virtus et dei sapientia q̄s  
 diu velut infirmus aliquis et insipiens la  
 tes in populo: **Q**ui diu nobilis rex. et rex  
 celi filiū fabri te pateris appellari pariter  
 et putari: **E**t enī **Aucas** euāgelista testat

q<sup>3</sup> cū inciperet esse annoz quasi triginta  
**I**esus adhuc filius **Ioseph** putabatur  
**O**hūilitatis virtus saluatoris. quātum  
 cōfundit superbā nr̄ę natiuitatis. **P**a  
 rum aliquid scio ut magis scire mihi vi  
 deor. et iam silere non valeo. impudenter  
 et imprudenter me ingerens et ostentans.  
 promptulus ad loquendū. velox ad do  
 cendū. tardus ad audiendū. christus cū  
 tanto tēpore silebat cum seipsum absco  
 debat. nūquid inanē gloriā metuebat?  
 qd<sup>3</sup> timeret ab inani gloriā qui gloria pa  
 tris est natura: **V**tq<sup>3</sup> nō sibi sed nobis  
 ab illa timebat quibus esse timendū no  
 uerat. **N**obis cauebat. nos instruebat.  
 tacebat ore. sed instruebat ope. et quę po  
 stea docuit verbo. iam clamat exemplo  
**B**eda super **Mar. l. ij.** **D**iscite  
 a me q<sup>3</sup> mitis sum et humilis corde. **R**ec  
 sine certi. puisione sacramēti dñs appa  
 rens in carne faber. et fabri filius estimari  
 voluit et dici. **Q**uin potius docuit se il  
 lius esse filiū qui fabricator est omnium.  
**Q**ui etiā igne et spū opat. sic de illo tāq<sup>3</sup>  
 fabri filio **Iohānes** testat. **I**pse vos bap  
 tizabit spū sancto et igni. **Q**ui s. in ma  
 gna domo hui<sup>9</sup> mūdi diuersi generis va  
 sa fabricat. imo vasa ire igne spiritus sui  
 molliēdo i vasa misericordie cōmutat.  
**B**ern<sup>9</sup> sup̄ **cañ. omel. xj.** **M**ul  
 tū hō fatigationis assūpsit creator in re  
 paratione hoīs. q<sup>3</sup> debitorē eum teneret  
 multę dilectiōis. cōmoueret gr̄az actio  
 nis difficultas redemptionis. quē min<sup>9</sup>  
 esse deuotū fecerat facilitas conditionis.  
**I**gitō homo memēto iam te et si de nibi  
 lo factū. nō tñ de nibilo redēptum. **S**ex  
 diebus cōdidit deus oīa. et te inter oīa.  
**A**t vero toto triginta annoz tpe. opat<sup>9</sup>  
 est salutē in medio terre. **B**eda sup̄  
**Lucā.** **A**nno deniq<sup>3</sup> tricesimo bap̄tizat<sup>9</sup>  
 tur. miracula facit et effudit doctrinā vt  
 temerarios reprimat qui oēm etatē ad h<sup>9</sup>  
 officia credunt idoneam. qd<sup>3</sup> vtiq<sup>3</sup> nō li  
 cet fieri. nisi aliquando contingat alicui  
 miraculo dei sicut **hieremig** et **danieli.**



**D**e causis cur voluit baptizari  
Diero. super Mat. l. primo,  
Cap. CXXXVI.

**L**icet autem non haberet dei filius originale culpā baptizari tamen voluit a Johanne triplicē ob causam. Primo quōdē ut omnē iusticiam et legis humilitatē impleret. Secūdo ut baptismate suo Johānis baptisma cōprobaret. Tertio vō ut iordanis vndas sanctificans p̄ descensionem sancti spiritus aduentum in lana cro credentiū demonstraret. **Chryso. super Mat. omel. xij.** Siquidem et in eius baptismo aperti sunt celi ut dicas etiam cū tu baptizaris hoc fieri iam deo te ad celū vocante nihilq; cum terra cōmune habere suadente. **Glo. sup Mat.** Ideo quoq; baptizari voluit ut tactu sui corporis aquas sanctificaret id est eis vim generatiuā cōferret. et ut nemo quālibet sanctus gratiam baptismi superfluum iudicaret. et ut per hoc q; ipse filius dei baptizatus est. omnes p̄ baptismū renatos filios dei fratres sibi faceret aut ostenderet. **Chryso. vbi supra omel. x.** Johannes quidē baptizabat baptismō p̄currente non peccatum dimittente. Hoc enim illud baptisma minus habuit. quod postea christi instituit. In hoc quippe vterq; homo noster crucifixus est ac sepultus et ante crucis triumphū nūq; remissio proorsus extitit peccatorum. Sed ideo Johannes populum agere penitentiā hortabatur non ut omnino purgaretur. sed ut dignius postea acciperent remissionis dona. Nisi enim seipso ante culpasset. gratiam non reliquissent. Unde legitur q; venientes ad baptismum eius. peccata sua confitebantur. Ideo nimirum iubemur peccata cōfiteri. ut erubescentiā patiam̄ pro p̄na quoniam hoc ipsū pars ē diuini iudicij. **Idem.** Ideo quoq; Johannes nullum fecit signū ut ex hoc christo multitudinem traderet que scilicet ad eum si-

gnorū admiratione cōfluere. **Idē in omel. xij.** Quātem facturus erat dominus in pasce mutatione. id ipsum fecit in baptismatis innouatione. Nam et ibi euz vtrūq; pasca celebrauit. illi terminū. hinc principiū iposuit. Sic quoq; postq; iudaicū baptisma complenit. cōtinuo etiaz ecclesie iannas reseruit. Sicut ergo tunc in vna mensa. ita etiaz nūc in vno flumine et recepit vmbra et addidit veritatem. **Bern. in sermone de epiphania.** Populo quidē dure cervicis cultellus lapide? necessari? fuit. n̄ aut̄ Iesus velut agn? cū lana et lacte veniens austeritatē abstulit. ita ut rubiginē originalis peccati quā vix cultell? eradere poterat. ex h̄ iā cū victione gr̄e aqua facile abluat.

**D**e hūilitate ipsi? baptizati et ordine baptismi. Idē de eodē  
Cap. CXXXVII.

**I**taq; qui scdm̄ diuinitatē idē ipse ē. et āni ei? nō deficiēt ut ānos triginta ī carne iā habuerit int̄ populares turbas ad baptismū Johānis aduenit. Venit tāq; vn? e populo q; sol? erat sine pctō. Quis tūc illū dei filiū crederet? Quis dñm maiestatis putaret? Valde quidē hūiliar? dñe. nimis abscondi. h̄ Johāne latere non poteris. Rōne ipse ē q; p̄ maternū vter te nō dū natū. nondū natus agnouit? Rōne ipse est qui p̄ vtriusq; materni vteri parietes te cognouit. et q; turbis clamare nō potuit saltē matrē suā motu exultationis edocuit? Rūc aut̄ quid? Vidit enī ait Johānes euāgelista veniētē ad se et ait: Ecce agnus dei ecce q; tollit pctā mūdi. En ipse q; delicta purgabit. Ecce sentinā nostrā purgatiū? aduenit. Et tñ p? hui? testimonij baptizari vult a Johāne. h̄ tremuit ille. quid mir? si tremuit hō et nō audeat attingere verticē dei sanctū caput angel? adorādū reuerēdū p̄tīb? tremēdū p̄n. i patīb? Baptizari vis. Vis dñe Iesu. ut qd; vñ tibi pctm̄. ut baptisma sit necm̄



**Q**uoniam ex patre? Sed equalis es illi  
 deus de deo. lumen de lumine. An vero  
 de matre? quod peccatum ex ea trahere potuisti  
 que te sine iniquitate concepit. et salua in-  
 tegritate peperit? Quam potest agnus sine  
 macula maculam habere? Ego igitur inquit  
**J**ohannes de teo baptizari a te. et tu ve-  
 nis ad me. humilitas utriusque magna. sed com-  
 paratio nulla. Quomodo enim non humiliaretur homo  
 coram humili deo? Sine inquit modo. Sic  
 enim decet nos implere omnem iusticiam. Pri-  
 mus quidem gradus iusticie est unicuique  
 quod suum est tribuere. nec proponere se equa-  
 li nec preposito equari. Secundus autem est  
 latior et amplior. scilicet nec equare se pari. nec  
 proponere inferiori. Magna vero et plena  
 iusticia est subicere se etiam inferiori. Sic  
 summa et intolerabilis est supbia se propo-  
 nere superiori. Acqueuit Johannes et obedi-  
 uit. agnum dei baptizavit et aquas lauit.  
 Nos siquidem abluti sumus non ille. quia nobis  
 laudam aqua cognoscuntur abluti. Sed for-  
 tasse minus credas Johannis testimonio  
 quia ipse est homo. et potest suspectus haberi. quia  
 cognatus eius est cui perhibet testimonium  
**E**cce testimonium maius Johanne. testi-  
 monium aduenientis colubae. Nec incongrue  
 ad indicandum agnum dei venit coluba. quia  
 nihil melius agno conuenit quam colum-  
 ba. quod agnum in animalibus. sed est coluba in auibus.  
 summa utriusque innocetia. summa mansuetu-  
 do. simplicitas summa. Quid enim sic alienum  
 ab omni malicia sicut agnum et colubam? Ro-  
 cere quicquam nesciunt. ledere non nouerunt.  
**G**lo. sup. Mat. iij. ca. Itaque pri-  
 mus Adam per serpente a diabolo deceptus  
 celum amisit. secundus a spiritu sancto per colu-  
 bam glorificatus apparuit. flammam vibrante  
 que viam prohibuit. aqua baptismi extinxit  
 In coluba super dominum spiritus apparuit. quia  
 nos per mansuetudinem colligere venit. Su-  
 pra discipulos in igne. quos ad presumen-  
 dam peccatorum rubiginem circa seipsum venie-  
 bat accendere. Bene spiritus in coluba que  
 simplex et mansueta est. ut et sue nature sim-  
 plicitate. et eum in quem descendebat mitem-  
 misericordie preconem datorumque indicaret

Similiter omnes baptizati renouati septem  
 virtutibus in coluba significatis debent  
 repleri. Columba a malicia fellis est alie-  
 na. in quo prohibemur ab ira. Nullum ore  
 vel unguibus ledit. in quo notatur inno-  
 cetia. Nec minimas auiculas nec vermi-  
 culos inuadit quibus alie aves se et pul-  
 los nutriunt. in quo prohibetur rapina.  
 Puro vescitur grano. in quo notatur  
 abstinentia. Alienos tanquam pullos suos  
 fouet. ecce charitas. Semitum per catum ha-  
 bet. ecce compunctio. Super aquas se-  
 det ut accipitres preuisa ymbra in aqua  
 demitet. ecce sollicitudo. **Berni. vbi  
 supra.** Re autem fortuito casu colum-  
 bam descendisse causeris. accedit testimo-  
 nium dei patris: **Hic est inquit filius me-  
 us dilectus ipsum audite.** Ecce domine  
 Iesu christe vel iam nunc loquere. quo-  
 usque similes. quousque dissimulas? diu et  
 valde diu tacuisti. vel iam nunc habes  
 a patre licentiam loquendi. **Glo.  
 vbi supra.** Tu es inquit filius meus  
 dilectus in quo mihi complacui. id est  
 beneplacitum meum constitui. ut per te  
 faciam quod mihi placeat. vel ut ipse tu  
 mihi placeas. et alij per te. non in se. sed in  
 te uniti fide et charitate. In te mihi com-  
 placui. ut in Adam displicui. Unde  
 dixi: **Demitet me fecisse hominem.** Et  
 nota quod baptismus consecratur trinitatis  
 presentia. dum pater in voce. filius in ho-  
 mine. spiritus sanctus apparet in colum-  
 ba.

**De temptatione domini glo. ibidem. iij.  
 Cap. CXXXVIII.**

**T**unc scilicet post baptismum  
 ductus est Iesus in desertum  
 velut ad certaminis locum. In  
 deserto namque purgatur asperis. quoniam Adam  
 in paradiso delictis affluens victus est ob-  
 lectamentis. **Chrysostomus. super  
 Matheum.** Tunc etiam maxime  
 diabolus aggreditur aliquos cum so-  
 los viderit eos et ab alijs segregatos.



## Secūdus

**V**n̄ nō solum de esurie spiritus ductor  
 eius sed etiā de loco ei tēptationis occa-  
 sione ingessit. **Glo. vbi s.** Histori-  
 ce vero in desertū illud qd̄ est inter hieru-  
 salem ⁊ hiericho Christus diabolū vicit  
 vbi figuraliē Adam in latrones incidit  
 se eosq; illum vicisse dicit. Latrones autē  
 ibi habitasse locus probat qui dicit̄ do-  
 min. i. sanguis. ppter effusionem sangui-  
 nis que ibi fiebat. Eadē ergo via sama-  
 ritans ille descendit. qz carne indutus  
 easdem tēptationes sustinuit. Deniq; z  
 nec a diabolo tēptatur. nisi qui ad deser-  
 tū exierit. ⁊ in bono studere cepit. Sic  
 igit̄ ordo recte cōuersionis ostēditur. vt  
 post acceptā sanctispūs gratiam contra  
 diabolū artius accingamur. ⁊ mēte se-  
 culū deserentes eterne vite gaudia quasi  
 deserti māna elurimus. **Hieron.**  
**super Mat. l. i.** Haud dubiū quip-  
 pe quin ductus sit a spiritu sancto. Seq-  
 tur enim ut tēptaret̄ a diabolo. **Pe-  
 trus Rauē. epūs.** Diabolus enī  
 semper bona primordia pulsat. rudimen-  
 ta virtutū tēptat. facta in ipso ortu festi-  
 nat extinguere. sciens qz ea fundata non  
 possit subuertere. **Hoc nō ignorās chri-  
 stus.** diabolo se querenti patiēter indul-  
 sit. ut ⁊ suo laqueo teneret. ⁊ vnde se ca-  
 pere putabat caperet. sicq; victus a chri-  
 sto cederet christianis. **Iohānes  
 epūs super Mat.** Cū ergo audis  
 Iesum a diabolo ductū. nihil cogites  
 de potentia diaboli. sed mirare de patiē-  
 tia christi qui se sustinuit a diabolo duci  
 In sequente nāq; nō infirmitas erat sed  
 patiētia. ⁊ in ducente nō virtus sed sup-  
 bia. qz volētē christū ducebat nō inuitū.  
**Hiero. sup Abachuc. l. ij.** De h̄  
 autē spiritu tēptatore dicit ppha sanct⁹:  
 Egrediet̄ diabolus ante pedes ei⁹. vbi  
 alij plures transfulerunt volatile vel vo-  
 lucrem. quod dicit̄ resep̄ hebraice. Tra-  
 dunt autem hebr̄gi hoc nomē esse demo-  
 nis qui principatum tenet inter alios. ac  
 ppter nimiā velocitatez ⁊ in diuersa dis-  
 cursū nūcupari volatile vel auē. Ipsū

esse dicūt qui sub figura serpentis in pa-  
 radiso mulierē seduxit. ⁊ ex maledictionē  
 qua a deo condēnatus ē nomē accepit.  
**Resep̄** enī interpretat̄ reptans ventre.  
**Hic ḡ dño** baptigato ⁊ exeūti de aquis  
 statim occurrens ante pedes eius stetit. ⁊  
 eum quadraginta diebus in solitudine  
 temptauit. **Greg⁹ in omel.** Quid  
 autē mirū si se ab illo permisit in montē  
 duci. qui se ptulit etiā ⁊ a mēbris illi⁹ cru-  
 cifigi? Non est ergo indignū redēptori  
 nostro qz voluit tēptari qui venerat oc-  
 cidi. Iustū quippe erat ut sic tēptatiōes  
 nostras suis temptationibus vinceret. si-  
 cut mortem nostram venerat sua morte  
 superare. Sed sciendum nobis est quia  
 tribus modis tēptatio agitur. suggestio-  
 ne. delectatione. consensu. Et nos cum  
 ten- tamur plerūq; in delectationē aut  
 consensum labimur. quia ex carnis pec-  
 cato propagati in nobisipsis etiā gerī-  
 mus vnde certamina toleramus. Deus  
 vero qui in vtero virginis incarnatus in  
 mundū sine peccato venerat. nil cōtra-  
 dictionis in semetipso tolerabat. Tem-  
 ptari ergo per suggestionem poterat sed  
 eius mentem peccati delectatio non mo-  
 mordit. atq; omnis illa diabolica tēpta-  
 tio foris non intus fuit.

**De ieiunio eiusdem glo. vbi su-  
 pra. Cap. CXXXIX.**

**Q**uam ergo ieiunasset do-  
 minus quadraginta diebus ⁊ q̄-  
 draginta noctibus. quod fuit  
 diuine potentię. postea esuriūt. qd̄ utiq;  
 fuit humanitatis vere. In hoc autem qz  
 eo dierum numero ieiunauit. legi que p  
**Moysen** accipit. ⁊ pphetis qui per **He-  
 liam** conuenit. Sed **Moyses** quidem ⁊  
**Helias** nequaq; post ieiunium esurisse  
 dicuntur. hic autem ut homo esuriūt vt  
 deus celaretur. **Gregorius in  
 omel.** Cur autem in abstinentia qua-  
 dragenari⁹ numer⁹ custodit. nisi qz x̄l⁹  
 decalogi per quattuor euangeliū libros



impletur. **V**el quia per corporis desideria quod ex quattuor elementis constat. decalogi mandata contempnimus: dignum est ut illud quatterdecies affligamur. **C**eterum ab ipsa die dominica qua incipit quadragesima usque ad pascha sex hebdomade veniunt. quarum sex dies quadraginta duo fiunt. **E**t quibus dum sex dies dominici abstinentie subtrahunt. tantum xxxvj. in abstinentia relinquuntur. **D**um vero per trecentos et sexaginta dies annus ducitur. nos autem per triginta sex dies affligimur. quasi anni nostri decimas deo damus. ut qui nobismetipsis per acceptum annum viximus auctori nos nostro in eius decimis per abstinentiam mortificemus. **V**ni charissimi sicut offerre in lege iubemini decimas rerum. ita ei offerre predicite et decimas dierum. **U**nusquisque in quantum virtus suppetit carnem maceret. eiusque desideria affligat. concupiscentias turpes interficiat. et iuxta Pauli vocem hostia viva fiat. **H**ostia quippe et immolat et viva est. quoniam et ab hac vita homo non deficit. et tamen se carnalibus desideriis occidit. **C**aro nos leta traxit ad culpam. afflicta reducat ad veniam. **A**uctor etenim mortis nostre per esum ligni vetiti transgressus est precepta vite. **Q**ui ergo a gaudiis paradisi per cibum exulamus. ad hoc per abstinentiam resurgamus. **R**am ut Moyses legem acciperet secundo. quadraginta diebus ieiunavit. **E**lias in deserto quadraginta diebus abstinuit. **E**t ipse tandem auctor hominum ad homines veniens in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit. **P**etrus **R**avenne episcopus. **Q**uoniam autem quadraginta diebus ieiunamus auctoritas est divina. non inuentio humana. **C**eterum quadraginta quattuor decadis quadratam fidei disciplinam continet mysterio. quia semper est quadrata perfectio. **H**anc ergo ieiunemus. et qui corpori decimus annus. dies xl. annimus demus. **V**ivamus domino paululum qui seculo viximus totum. **S**icque muniti bella peccatis indicamus. conflictum vitium nunciamus securi de victoria. quia nec hostes

terreni superare poterunt arma celestia. nec divino regi contraire poterit adversa mundana. nec in precinctu fidei constitutos subreptio prevenire poterit inimica. **D**iabolus siquidem esurit. ieiunantibus nobis. qui semper nostris saturatur culpis.

**D**e causa et ordine temptationis eius. **M**aximus in sermone de quadragesima.

Capitulum. CXL.

**N**on ergo sine mysterio ingenti putemus fuisse conflictum huiusmodi. in quo et accessus per sumptione diabolus in verba prorupit. et rerum dominus temptatori suo verbum quoque dignatus respondit. **R**am in omnibus his est ratio nostre salutis. **N**obis salvator esurit. pro nobis loquendo certavit. **R**os in illo vincimus. quia nos ei causa pugnandi sumus. **Q**uis enim ambigat unigenitum patris cui nulla obviare creatura poterit certamen inisse pro illis quorum se carne vestivit. **I**gitur humani forma corporis hostes callidissimum ad prelium prodire suavit. quem verus dei filius hominis veri responsione confudit. **P**ropter quod errabundus et anceps temptator mollia suspensaque temptamenta rimabatur. quia licet carnalis viri specie in Christo contemplaretur. presentia tamen divinitatis eius concitatus plus esse quam hominem suspicabatur. **I**llum itaque progressum presumere partus femineus animabat. sed parietis virginitas deterrebat. **R**am et si Maria Euge utique filia Christum peperat. non tamen eum de Adama conceperat. **C**um ergo videret inimicus dei filium per multa miracula procreatum secum ut arbitror hoc voluebat et admirans dicebat. **Q**uis est iste qui hunc mundum ingressus est me nesciente? **P**artum video sed nascentem non agnosco. et quod stupori meo accrescit. etiam edito filio dei mihi exultat ut homo nullaque in eo est veluti



infāte corruptio. In cunabul' parvulus iacuit. pānis oblitus. sorduit lachrimis. vultuz suffudit. seqz simile esse mortaliū vagitibns. pdijt. fgminei lactis nutrime- tū accepit. Et ecce p' oīa esurit. cū vtiqz deū esurire nulla ratio psuadere possit.

**Glo. vbi supra.** Ponerat quippe diabolus filiū dei venisse in mundū. seu per pphas. seu p angelos nūciātes. seu p Jobānis indicū. Sed qz humilia in eo vidit qd de deitate suspicat' est fastu superbie i dubiū ei venit. vnde z callide qd veretur inquit dicēs: Si fili' dei es zc.

In omnibus ergo tēptatoz hoc agit vt intelligat si filius dei sit. Sed Christus responsum sic tēperat vt ambiguū relin- quat.

**Breg' vbi supra.** Notan- dum vero qz diabolus co'tra primū ho- minē i trib' se tēptationibus erexit. eūqz sibi per p'sensū subdidit. Ex gula quippe tēptauit cū fructū ei vetitū ostendēs ad comedēdū suavit.

Ex vana gloria tēpta- uit cū dixit: Erit sicut dī. Ex auaritia vero cū addidit: Scientes bonū z malū

Recte siquidem auaritia dicit' cū supra modū sublimitas ambit. Nam z Pau- lus ait de dei filio. qz nō rapinā arbitra- tus est esse se equalē deo. Sed quib' mo- dis primū hominē diabolus strauit. eis- dem homini secūdo a se tēptato succu- buit. Per gulā quippe tēptauit cum ait: Dic ut lapides isti panes fiant. Per va- nam gloriā cum ait: Mitte te deorsum.

Per auariciā quoqz tēptauit cum ei re- gna mūdi ut eū alliceret ostēdit. Eisdē itaqz modis ab homine secūdo vincitur quibus primū se viciasse gloriat'. ut a nris cordibus ipso aditu captus exeat q nos intromissus tenebat. Considerandū ho- est quia dñs tēptatozē suū in abyssū mer- gere valens virtutē potentie suę nō ostē- dit. s' sola diuine scripture p'cepta edi- dit. patietie nobis suę exemplū p'bens vt quoties a prauis hominib' aliqd pa- timur. ad doctrinā potius qz ad vindi- ctam excitē.

**Viero. sup. Mat. li primo.** Deniqz de scripturis falsas

sagittas diaboli venis scripturaz clype- is frangit. z ut secūde legis sacramenta mōstraret. tātū deutronomio necessaria testimonia ptulit. tūc victus reliquit eū diabolus.

**Johannes epūs su- per Mat. li. primo.** Precipiente nāqz dño. angeli ab eo recesserāt ut loc' daretur diabolo. ne forte videns ange- los circa eū nō appropinquaret ad ipsū.

**Chryso. super Mat.** In re- cessu vero diaboli angeli accesserūt z mi- nistrabant ei. vt discas o hō qz te quoqz per confectā de diabolo victoriā. angeli repente suscipiant. tibi plaudentes teqz more scripturarum vbiqz comitantes.

**Isidorus vbi supra.** In hoc qz qz diabolo recedente ab angelis ei mini- stratur. vtraqz vni' personę natura ostē- ditur. Rā z hō est quē diabolus tēptat. z idem ipse deus cui chorus angelorum ministrat.

**De predicatione ipsius. Glo. sup. Mat. Cap. Cxli.**

**T**radito vero Johanne cepit Iesus predicare. quia sic aurozā sol. sic euāgelium sequi- tur lege delinente. Verum in finib' ca- bulon z neptalim predicare cepit. vbi p- ma captiuitas hebreorum ab assyrijs fu- it. vbi ergo prima legi obliuio. ibi prima euangelij p'dicatio. Sequebātur autem eum turbe multe. videlicet quadruperti- te. Alij nāqz propter celeste mysterium. Alij propter curationē infirmitatis. Alij sola fama z curiositate volentes si verū esset quod dicebatur explorare. Alij v- ro per inuidiam quērentes eum capere z accusare.

**Viero. sup. Esai. 43. li. xij.** Porro iuxta Esaię pphetiā: Vox eius foris audita non fuit. quia nō extra galileam atqz iudeam in alijs gentilib' euangelium p'dicauit. Quod si vt le- gum' in terminis tyri z sidonis vel in cō- finio cesarę philippi aliquando fuerit. non tamē scriptum est qz ipsas ciuitates



ingressus sit. **Blo. vbi supra v. ca.** Aperuit aut in monte ad predicandam os suū q̄si abyssū. quasi thesaurū. quasi paradisi flumiū q̄ quondā aperuit ora p̄phetaz. **Bern.** Vere apertū est os christi in quo sunt oēs thesauri sapiētīe et sciētīe absconditi. Et vere ipsius hęc doctrina extitit qui p̄ p̄phetā dicit: **Aperit os meū eructuabo abscondita a p̄stitutio ne mundi.** Quid enī tam absconditum q̄ pauperē esse beatū? Attamen veritas loquitur quę nec fallit nec fallit. **Blo. vbi supra.** Ascendit quidē ipse mons in montē vt altiora virtutū culmina doceret: et ecclesiā super quā sedet p̄dicans p̄ceptū dñi. sublimius erigendā ostēderet. quā eadē doctrina vsq; ad finē seculi plenius erudiret. **Richardus in l. exceptionū.** Quānto docturus discipulos in montē ascendit. hoc nobis insinuat. q̄ qui sacre scripture verbū dispensat. nō in valle prauī opis. nō in cāpo effrenate dissolutionis consistere debeat. s̄ in montē sp̄ialis cōuersationis per exercitia virtutū et exhibitionē bonoz opeꝝ ascendat. sicut scriptū est: Super montē excelsum ascēde tu qui enāgelicas sion. Ascētio ergo in montē sublimē designat cōuersationē. Sessio dñi auctoritatem magisterij. Apertio oris effectū p̄dicationis. **Blo. sup Mat.** Sicut aut p̄cepta decē in quibus omnīū p̄ceptoz summa cōsistit in veteri testāmēto p̄ponūt. et postea p̄ partes. i. p̄ particularia p̄cepta explicāt. Ita dñs Iesus in principio sermonis sui octo virtutes p̄ponit ex quibus p̄cedent oīa quę in mōte docuit: videlicet paupertatē. māsuētudinē. luctū. bonū desiderīū. misericordiā. cordis mundiciā. pacē. patientiā.

**De paupertate ipsius. Bern. i sermone. Cap. CXLII.**

**S**iquidem eterna rerū omnīū in celis suppetebat affluentia. lōgītudo quippe dieꝝ in te-

terra ei. et in sinistra eius diuitiē et gloriā. Sed paupertas in eis non cōparebat in terris aut hęc species abūdabat et superabūdabat. sed hō precīū eius nesciebat. **Hanc itaq; dei filius cōcupiscēs descendit ut eā sibi eligeret. et nobis quoq; sua estimatione preciosam efficeret.** **Ambrsius sup Lucā l. ij.** P̄ncipet in itinere bethleē nati mater virgo rediit in p̄sepio. q̄ nō erat ei locus in diuozio. ut nos māliones haberemus in celo. Pauper enī est factus vt nos inopia vitarem illi. Ergo paupertas eius patrimoniū meū est. et eius infirmitas virtus mea est. **Idē l. iij.** Voluit utiq; dñs Iesus habere qd̄ p̄deret. noluit habere q̄ diabolus auferret. Unde venit inq̄t princeps mūdi huius et in me nō habet quid q̄. Voluit etiā pater esse paucorū. s. filioꝝ carnaliū ut esset pater omnīū. **Blo. super Mat. viij. ca.** Deniq; cuidā scribę cū eius se discipulū fieri dolose precaret. hoc nimirū desiderās qd̄ Simon mag<sup>9</sup> emere voluit. ut. s. de miraculis lucraret. R̄ndit: **Vulpes foneas habēt et volucres celi nidos. filius aut hominis nō habet vbi caput suum reclinet.** Ac si diceret: Quid me vis seq̄ p̄pter lucra seculi cū adeo paup̄ existam. ut nec hospitium in terra qd̄ meum sit habeā. **Blo. super Lucā ix. ca.** Hinc et eius nunciū ante conspectū illius missi cū intrassent ciuitatē samaritanoz vt ei pararent hospitium nō receperūt eos q̄ facies eius erat euntis in hierusalem. Non enī contumetur in dei samaritanis. **Dierony. sup Mat. l. iij.** Ipse quoq; sicut Mathe<sup>9</sup> refert. postq̄ ingressus templum emētes et vendētes eiecit. pontifices aut et scribas indignantes et laudib; eius inuidētes. diuine scripture testimonio reficit. **Illis relicti abiit foras extra ciuitatē in bethaniā. ibiq; māsit. et mane reuertēs in ciuitatem. elurij.** **Abi s̄ q̄z intelligēdū ē q̄ tāte paupertatē extiterit et ita nulli adulat<sup>9</sup> sit. ut in vrbē maxima nullū hospite. nullāq; mālionē**



## Becūdy

inuenerit. sed in paruulo agro iuxta La-  
garum eiusq; sorozes habitauit. Tante  
deniq; paup'tatis ipse dñs omniū fuit.  
vt vnde tributa p se 7 aplo Petro red-  
deret nō habuit. Et ei dixit: Vade ad ma-  
re 7 mitte hamū. 7 eū piscē qui prim⁹ ascē-  
det tolle: apertoz ore eius inuenies sta-  
terem. illū sumēs da eis pro me 7 te. **¶** Si  
quis obijcere voluerit. quō iudas ei⁹ scz  
conom⁹ pecuniā in oculis tulent: Re-  
spondebim⁹. Rem paup'ez dñs ipse Je-  
sus in suos vsus puertere nefas putauit  
idēq; nobis exemplū tribuit. **¶ Aug⁹.**  
**sup eplaz ij. ad Cor. viij.** Sciz q̄  
charissimi gratiā dñi Jesu chrisi. qz cū  
diues esset ppter nos egenus factus est.  
**¶** Nō dicit apostolus cū diues fuisset. sed  
cū diues esset. paup'tates enī assumpsit 7  
diuitias nō amisit. Int⁹ diues. for paup-  
per. in diuitijs latēs. hō in paup'tate ap-  
parens. Paup' in quā in tēporalib⁹ vt  
illius inopia nos diuites essemus in spiri-  
tualibus. **¶** Per illius enī paup'tatē abij-  
ciemus pannos iniquitatis vt induemur  
stola immortalitatis. Omnes ergo facti  
sunt diuites in paup'ere credentes. **¶** Re-  
mo igitur se contemnat. paup' in cella.  
diues in psciētia. **¶** Securior dormit pau-  
per in terra q̄ auro diues in purpura.  
**¶** Non ergo expauescas cū tua mendicita-  
te ad illum accedere. qui nostra indutus  
ē paup'tate. vbi se paup'auit nos ditauit

**De māsuētudine eius. Glo. su-  
per Mat. xij. ca.**

**Cap. CXLIII.**

**V**enit quoq; rex iuxta p-  
phetā nobis māsuētus vt ama-  
retur. non p potentiā ut timere-  
tur. **¶ Bern. de vigilia nati. dñi**  
Venit mitis 7 humilis sicut ipsemet ait  
discipulis: **¶** Discite a me quia mitis sum  
7 humilis corde. vt possit etiā modestia  
nostra innotescere. **¶** Dignū siquidē est vt  
7 modestia fm apli doctrinā oibus ho-  
minibus nota sit. sicut dñi nri Jesu chri-

sti modestia cunctis innotuit. **¶** Quid enī  
magis incōgruū q̄ ut immoderate agat  
hō ppriē conscius infirmitatis. quando  
quidē inter homines modestus apparu-  
it dñs maiestatis. **¶ Hieroni. sup**  
**Esaiam l. xij.** Siquidē iuxta pphiam  
Esaiē. neq; tristis neq; turbulent⁹ fuit. s̄  
equalitatē vultus omni tēpore cōserua-  
uit. **¶ Hieroni. super Johannē**  
**vij. ca.** Unde scribe 7 pharisēi sciētes  
eum māsuētū. 7 p'dicatorē misericordiē.  
ac p hoc populo placere: adduxerūt co-  
ram eo mulierē comprehēsam in adulte-  
rio. ut caperent eū in sermone. **¶** Si enim  
ut putabant quia māsuētus erat. illam  
esse dimittendam fateretur. in hoc qui-  
dem hostis legi. **¶** Moyliq; legislatori ac  
deo auctori contrarius. 7 ideo cū adulte-  
ra reus mortis diceretur. **¶** Si fm legem  
illam esse lapidandā diceret. deriderent  
eum quasi māsuētudinē quā p'dicabat  
7 pro qua amabat nō haberet. **¶** Ipse autē  
neutra calūnia capt⁹ est. sed seruata mā-  
suētudine: r̄ndit. qd̄ xē iusticiē ē: **¶** Qui  
sine peccato est vestrū. primus in illā la-  
pidem mittat. **¶** Plena quippe iusticia est  
vt iustus mala puniat. **¶** Prius ergo iusti  
existatis ut postea ream puniatis. aut eā  
dimittatis. aut cum ea pnam subeatis.

**¶ Hieronymus super Mat.**  
Sicut etiam alias ut legitur. pharisēi le-  
gantur eum temptasse quērentes an ho-  
mini vxorem suam quacūq; ex causa di-  
mittere liceat. ut ipsuz quasi cornuto syl-  
logismo teneant. 7 quodcūq; respon-  
derit captioni pateat. **¶** Ipse vero respon-  
sionem sic temperat ut decipulam transe-  
at. **¶** Quod inquit deus coniunxit homo  
non separet. **¶ Glo. super Mat.**  
**xij. ca.** Similiter 7 cum ingressus hie-  
rosalem in templum venisset. accesserūt ad  
eum docētē principes sacerdotum 7 se-  
niores populi. quērentes in qua potesta-  
te hoc faceret. ut si se diceret chrisiū. mor-  
eum inuaderent quasi arrogātē 7 supbū  
atq; sacrilegū. **¶** At ille r̄ndēs ait: **¶** Interro-  
gabo vos vnū ego. qd̄ si dixerit̄ in. 7 ego



vobis dicam in qua potestate hoc facio. Aperte quidē eos cōfutare poterat. sed ob hoc eos ut suo vel silentio vel sententia condēnētur interrogat. **Hiero.** vbi sup̄za. Hoc est q̄ dicitur vulgo: **Clavus aut cuneus** infigendus est arboris male nodo. **Chrysosto.** super **Mat. ij.** Baptismus inquit Iohannis e celo erat an ex hominibus? Sciēs enim inconuertibilem eorum maliciā. p̄posuit eis questionē vndiq̄ catenatam. non vt respondētes audiāt sed ut impediti non interrogent. Interrogantē enī oportet docere. tēptantem aut quocūq̄ modo retundere. et obiectionis astuciam rōnabili p̄cussione confundere et non ei veritatem mysterij publicare. **Blo.** sup̄ **Iohanne. xix. ca.** Ipse quoq̄ dñs Iesus cū ei minister iniquitatis alampam dedit. ut māsuetus et patiens respōdit. Si male locutus sū testimoniū p̄hibe de malo. si autē bene quid me cedis? Possēt quidē visibiliter alterā maxillā p̄cutienti p̄bere. sed melius utiq̄ veraciter et māsue te rēdit. Ac iuste vere placatus et ad ferēda grauiora trāquillo animo paratus. Nō enī maxillā tātūmodo sed totū corpus feriendū parauit. et huic p̄cepta patientiē non corporis ostētatione sed cordis p̄paratione faciēda potius ostendit. Potest enim quis visibiliter p̄bere maxillā etiā irat? **Bern.** in sermone de natuuitate dñi. Apparuit itaq̄ iuxta v̄bū apli benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Potētia siquidē apparuerat in reze creatione. Sapiētia v̄o apparebat in earū gubernatione. Sed benignitas tandem maxime apparuit in humanitate.

**De humilitate ipsius. Blo. sup**  
**Matheū. Cap. CXLIII.**

**D**iscite inquit a me quia  
mitis sū et humilis corde. **Do-**  
**rib?** miq̄ mēte humilis. **Diq̄** vt  
neminē lēdā. hūilis vt neminē p̄tēnam.

**Breg?** in registro. x. li. **Q̄nta**  
hūilitatis virtus est. p̄pter quā solā vera-  
citer edocendā. is q̄ sine estimatione ma-  
gnus est. paruus effectus est. Ecce q̄ppe  
nouimus eū de sue celsitudinis culmine  
vt hūano generi gloriā daret ad ima  
descēdisse. **Blo.** super epistolā  
ad **Salathas iij. ca.** Fact? est aut  
sub lege et circūcisus est. et hostia p̄ eo le-  
galis oblata est. **Rec mirū** si vlla legis  
opera sustinuit ex quibus illos qui semi-  
liter tenebātur liberaret. qui etiā mortē  
sustinuit ut alios ab ea liberaret. Fact?  
est ergo sub lege. i. sub legis onere sic sub  
alijs p̄enis. non ut expiaret ab ea. sed sic  
ab ea liberaret sicut a ceteris p̄enis. Et h̄  
est qd̄ dicit aplus. ut. s. eos qui p̄ressi ac  
rei erant sub lege redimeret a diabolo. a  
peccatis. a perditione. **Blo.** super  
**Mat. iij. ca.** Ob hoc etiā a Iohanne  
baptista dñs. s. a seruo baptizatus ē. vt  
omnē hūilitatē et iusticiā legis impleret.  
**Q̄** cū ipse Iohānes ex hūilitate recusa-  
ret ob illius sanctitatē reuerentiā. Sine  
in q̄t modo: sic enī decet nos imple-  
re om-  
nē iusticiā. Vita q̄ppe mea mox ē disci-  
plina. **Q̄m** aut iusticiā vocat hūilitatē  
p̄fectā. q̄ quidē gradū habet triplicem.  
**Primus** nimirū est sufficiens. scz studere  
maiori se subijcere et non p̄ferre equali  
**Iste** grad? est oī iusto necessan?. **Secū-**  
**dus** est abūdas. s. subijcere se equali nō  
p̄ferre minori. **Terti?** v̄o p̄fect?. s. subde-  
re se minori. et istū christ? impleuit. **Tunc** ḡ  
Iohānes dimisit eū. i. p̄sensit. qz vera ē  
hūilitas quā comes obediētia nō dese-  
rit. **Q̄** ḡ hūilitas pri? recusauit. postea hu-  
milē impleuit. **Hieron.** sup̄ **Mat.**  
**li. iij.** **P̄**terea dñs ipse tributa q̄i fili?  
regis nō debebat. h̄ q̄ carnis hūilitatē as-  
sūperat oēm iusticiā implere debebat.  
**Ros** aut infelices q̄ christi censemur no-  
mine. et nihil dignū facim? tāta maiesta-  
te. **Ille** pro nobis et crucē sustinuit. et tri-  
buta reddidit. **Ros** pro illius honore  
tributa non reddimus. et quasi filij regis  
a vectigalibus immunes sumus.



**C**olo super Johānne xij. ca. Ut aut humilitatē hominibus pfecte cōmēdaret adeo se humiliavit excelsus vt etiā pedes sui traditor lauaret. **P**rimo quidē venit ad Simonē Petrum tāq̄ ad primū ap̄loz. ut eius pedes ablueret. sed expanescit ille q̄ deus homini pedes lauet. Et sic humilis erat dñs ad seruendū. ita seruus non suscipiēdo seruiciū. Non enī poterat deum pati ad pedes suos humiliari: Vex dñica terribus responsione. totū se obtulit abluēdū amore turbat⁹ ⁊ timore. **O**rigenes super Esaiam. omel. quinta. Veni ḡ dñe Jesu sordidos habeo pedes. aquā in peluim mitte ⁊ laua. ppter me seruus efficere. Scio temerarium esse qd̄ dico. sed illā tuā cōminationē ptime sco: Si non lauero te. nō habebis partē meū. **A**ug⁹ super Johannem. Veniq̄ exemplū inquit dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis: Ergo faciamus inuicē humiles quod humili fecit excelsus. nec dedignet̄ facere christianus quod fecit ⁊ ipse christus. Hoc quidē ex consuetudine fratres pleriq̄ faciunt cum se inuicem hospitio recipiūt. Et qui hoc manu non faciunt corde faciunt. si tamen corde humiles sunt. Sed multo melius est ⁊ sine controuersia verius ut fiat etiam manibus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus. etiam in ipso corde vel excitatur. vel si iam inerat confirmatur humilitatē affectus. Inuicē quoq̄ delicta nobis donemus ⁊ pro nostris delictis inuicem oremus atq̄ ita etiā inuicem pedes lauemus. **C**assiodorus in historia tripertita. Ante ciuitatē nichopolim palestine quaz prius vocatā emaus romani ab euentu victorie de iudea vocauerunt inuio. vbi cū cleopha Christ⁹ ambulauit. fons quidā est ī quo a diuersis languoribus homines ⁊ animalia sanantur. ⁊ in eo christus cū discipulis pedes lauisset feruntur. **B**eda super cañ. omel. liiij. Non enim inquit veni ministrari sed ministrare. Bonus cer-

te minister Iesus qui carnē suā in cibū. sanguinē in potum. animā ministravit ī precū. spiritu alacer. charitate feruens. pietate deuotus. **A**mbro. in apologia David. Chastus itaq̄ prim⁹ ⁊ nouissim⁹ videlicet eternitate prim⁹. humilitate nouissimus. **D**iero. sup Esaiam ca. x. Nam de ipsius eternitate dicit ad eum David ex patris voce: Tecum principiū in die virtutis tue ⁊c. ergo si te scandalizat in Christo vilitas corporis ⁊ crux ⁊ alape ⁊ flagella ⁊ omnis iniuria crucis. reuertere ad principium. ⁊ nequaquā scandalizaberis.

**D**e luctu ⁊ lachrymis ei⁹. Beda ī sermone de natiuitate domini. Cap. CXLV.

**L**achryme quoq̄ christi fratres ⁊ pudorē ⁊ dolorem parit mibi. Ludebā quidē ego in platea foris. ⁊ ī secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius exijt posito diademate. vestitus sacco. cinere caput aspersus. pedes nudus. flens ⁊ euians q̄ morte damnatus esset seruulus eius. Intueor illum subito procedentem stupeo nouitatē. causā perq̄ro ⁊ audio. Quid ḡ facturus sum? Adhuc ne ludā ⁊ lachrymas eius deludaz? Plane si insanus ac mentis inops existo. nō sequar eum. nec simul cum lugente lugebo. Ecce vnde pudor. vnde ho dolor ⁊ timor? Atiq̄ qz ex p̄sideratione remedij quātitatē estimo piculi mei. Pudet itaq̄ p̄ priam negligenter dissimulare passionē. cui tantam a maiestate tanta exhibere video cōpassionem. filius dei cōpatitur. ⁊ lachrymas fundit. homo patitur ⁊ ridebit. Sic ergo medicinē estimatio ⁊ doloris mibi est ⁊ timoris exaggeratio. **A**mbro. sup Lucā ij. l. De qdē illi infatigē vagietis flet⁹ abluūt. mea lachrymē ille delicta lauerūt. Videns nimirum Iesus ciuitatem fleuit super eam



Ros certe sumus hierusalem que reflexit  
que maiorem intuitu q̄ illa materialis  
hierusalem nobis habere videmur.

**Glo. super Lucā. xix. ca.** Deniq̄  
q̄ dñs fm̄ historiā semel fecit. hoc in ec-  
clesia quotidie per electos suos facit. plā-  
git reprobos qui nesciunt cur plangātur  
sed in rebus pessimis letantur. qui si dā-  
nationem suā p̄viderent ipsi seip̄os cū  
electoꝝ lachrymis plāgerent. **Thy-  
sosto. in sermone de Lazaro su-  
scitato.** Ceterū o ch̄iste Iesu cū La-  
zarum mortuū flebas. qualis illic eras?  
**Crocens** q̄ decorus. fonte purior. ni-  
ue candidior. lunac larioꝝ. septies sole cā-  
dentior. **Glo. super epistolam  
ad hebreos v. ca.** Ad extremū aut̄  
fm̄ aplm̄ deo preces cū clamore valido  
z lachrymis obtulit. imminēte. s. passio-  
ne quādo. plixi? oravit. **Uex** de his la-  
chrymis q̄ dicitur ab ap̄lo. licet nō iue-  
niatur in euangelio scriptū. credendū est  
tamen esse factum. **Bern̄. i sermo-  
ne.** Queramus ergo mēsuras quas hy-  
drie capiebant binas ac ternas. **Ram** z  
saluator triplicē nobis aquā apponit. z  
perfectus omnis erit qui has tres metre-  
tas habere potuerit. **Plorat** ipse sup la-  
zarum. z super ciuitatē hierusalem. hec ē  
aqua prima. **Sudat** imminente passio-  
nis hora. z hec est secūda. non ab oculis  
tantū sed a toto corpore manans. **rubea**  
quidē z sanguinea. **Tertia** vero vna cū  
sanguine manauit ex eius latere. **Et tu** ḡ  
primam quidem habes si tu de peccatis  
cōpunctus cōscientiē tuē stratū lachry-  
mis rigas. **Secūda** habes. si in sudore  
vult⁹ tui pane tuo vescaris. z labore pe-  
nitentiē tuū corp⁹ castigas. **Est** aut̄ san-  
guinei color. siue p̄pter laborem. siue p̄-  
pter ipsum concupiscentiē quē extinguit  
ignem. **Jam** vero si proficere potes vsq̄  
ad gratiam deuotionis potaberis aqua  
gratiē salutaris. z spiritus sancti qui sup  
mel dulcis est in te fiet aquę fons in vitā  
eternam salientis. **Et memento** hāc esse  
aquā quę de latere dormientis p̄cedit z

sine omni molestia fluit. **Oportet** enim  
q̄ iā modo mortuus sit q̄ in hac gratia  
delectari voluerit. **Prima** igitur a prete-  
ritis delictis abluat cōscientiā. **Secūda**  
vt futura caueas extinguit cōcupiscentiā.  
**Tertia** vero si ad eam peruenire meruerit  
litientem potat animam.

**De affectu charitatis ipsius  
Aug⁹ in li. de questionibus euā-  
gelioꝝ. Cap. CXLVI.**

**S**icut autē gallina ma-  
gnum habet affectum in pul-  
los suos. ita ut eorū infirmita-  
te affecta infirmet z ipsa. sic z m̄ n̄ra dei  
sapiētia p̄pter nos quodāmodo per carnis  
susceptionem est infirmata. **Unde** dicit  
apostolus. quia qd̄ infirmū est dei forti⁹  
est hominibus. **Quodq̄** difficilius iue-  
nies in animātibus ceteris. gallina con-  
tra miluum p̄ filijs pugnat. p̄tegens eos  
alis suis. **Similiter** z incuruata dei sapi-  
entia nostrā infirmitatē p̄tegit z diabo-  
lo ne nos rapiat resistit. **In** qua videli-  
cet defensione qd̄ illa cōtra miluū cona-  
tur affectu. hoc aduersus diabolū perfici-  
cit potestate. **Unde** dicit ipsa in euāge-  
lio veritas. **Hierusalē hierusalē** quoties  
volui cōgregare filios tuos quēadmo-  
dum gallina cōgregat pullos suos sub  
alis suis. **Dieron. sup Esaiam  
l. xvij.** Olim quoq̄ de futuro velut  
de presenti loquēs ait p̄ p̄ham. **Expan-  
di** man⁹ meas ad populū nō credentē in  
**Manus** quidē suas in cruce ch̄istus ex-  
pandit z p̄ incredulis orās ait: **Pater**  
ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.  
**Possū** etiā in expāsiōne manū acci-  
pere largitatē donantē. clementiā quoq̄  
parentis filios suos in sinū accipere ge-  
stientis. **Aug⁹ in li. confessionū**  
**Porro** si quis extra nutritorias cunas  
imbecillitate supba se extēderit. heu mi-  
ser cadit. **Et tu domine** de⁹ miserere ne  
conculcent in plumis pullū qui trāseūt  
viam. sed mitte angelum tuū q̄ reponat



eum in nidū vt uiuat donec volare que-  
at. **I**dem in li. primo. Laudes tue dñe. laudes tue suspēderūt palmitē  
cordis mei ad te. ut non rapetur per ina-  
nia nugaz turpis p̄da volatilibus. nō  
enī vno tantummodo sacrificat̄ angelis  
transgressoribus. **A**ffrem in li. de  
die iudicij. Victus es dñe deus nr̄ a  
charitate tua ⁊ a sanctis miserationibus  
tuis ut per crucē tuā totū mundū salua-  
res. **G**lo. super **J**ohānē xij. ca.  
Cum dilexisset inquit suos qui erant in  
mundo videlicet p̄ eis fact⁹ homo. vsqz  
in finē dilexit eos. pro eis dē. s. moriendo  
⁊ vt ipsi eius dilectione trāsirent de mū-  
do. **G**lo. super **L**ucam xj. ca.  
Hinc ⁊ ipsemet alibi clamat: Ignē veni  
mittere in terrā ⁊ quid volo nisi ut accē-  
datur? Ac si dicat: Ego qui ob hoc tātū  
veni in mundū ut homines a mundi cu-  
piditatibus ad celestia succēdant. nil ali-  
ud volo nisi ut huius incēdij iubar vsqz  
ad finē seculi in cordib⁹ fidelīū ita igne-  
scat. ut nullo statu vel impetu fluctuum  
extinguatur. Et rursū ibidē eiusdē vo-  
ce subiūgit: Baptismo habeo baptiza-  
ri. i. sanguinis pp̄ij tinctione perfundi-  
vt ignis p̄fatus in cordibus fidelīū p̄fe-  
cte queat accēdi. Nō enī spiritus dare-  
tur nisi p̄mo **J**esus glorificaret. Et quō  
inquit coartor: vsqz dū perficiat̄ ip̄sus. s.  
passionis angor: Ecce tanta esse dñi di-  
gnatio p̄hibetur. ut infundet̄ nobis de-  
uotionis ⁊ cōsumādē perfectionis ⁊ ma-  
turanē pro nobis passionis sibi studiū  
inesse testaretur. qui cū nihil haberet vn-  
de doleret. nostris tamē erūnis angebat̄  
**G**lo. sup **J**ohannem xij. ca.  
Hinc ⁊ **J**ude traditori suo cū post acce-  
ptam buccellā in eū sathanas introisset  
ut illū plene possideret ī quē intrauerat  
ut deciperet ait ipse dñs **J**esus: Quod  
facis fac citius. vbi non p̄cepit quidē s̄  
p̄dixit **J**ude malū. nobis autē bonū. qz  
volebat hoc fieri cito. nō tā in perditio-  
nem illius festinando. qz in salutem fide-  
lium. **H**ugo in li. de arra aie.

**I**gitur o anima cogita quātū diligit te  
qui tanta dignatus est facere p̄pter te.  
**D**escendit ad mortalem. suscepit morta-  
litate. sustinuit passionem. vicit mortem  
restaurauit hominem. **O**lim anima cū  
nō esses te dilexit ut conderet. postea cū  
feda esses te dilexit ut pulcrā faceret. **E**t  
vt ostenderet tibi quātū diligeret te. nō  
nisi moriendo te liberare voluit a morte  
**N**unc autē tam sincera charitate te dili-  
git. ac si semper cum eo perstitisses. nec  
exprobrat tibi reatū. nec improperat be-  
neficium. et si deinceps cum eo perseue-  
rare fideliter. ipsumqz ut decet amare.  
ac tuum illi amorem incontaminatū cō-  
seruare volueris. maiora se prioribus da-  
turum promittit. **B**erñ in libro  
de diligendo deo. **Q**uid magnum  
tanto ⁊ tanti amori etiam si puluis exi-  
guus seu totum ad reamādum college-  
rit recompensatur. quem illum nimirū  
maiestas ī amore p̄ueniēs tota in op⁹  
salutis eius incensa cōspicit. **D**eniqz si  
totū me debeo p̄ me fact⁹: quid addā p̄  
me refecto iā. ⁊ refecto h̄ mō? **V**eni-  
tā facile refectus qz factus. **S**iquidē de  
oī qd factū ē. ⁊ dixit. ⁊ facta sūt. **I**n me  
autē reficiēdo ⁊ dixit multa ⁊ gessit mira  
⁊ ptulit dura. nec tātū dura s̄ etiā indi-  
gna. **Q**uid ḡ retribuā dñō p̄ oīb⁹ ḡ re-  
tribuit mibi. **I**n primo ope me mibi de-  
dit. in secūdo se dedit. ⁊ ibi me mibi red-  
didit. **D**atus igit̄ ac reddit⁹ me ipsū bis  
debeo p̄ me. **E**t qd dñō retribuā p̄ se?  
**N**ā etiā si me milies rependere possem.  
qd ego ad eū essem? **V**ide ḡ quo modo  
imo quā sine modo a nobis amari me-  
merit. qui ut paucis qd dictū est repetā.  
prior ipse tantus ⁊ tantū ⁊ gratis tantū-  
los ⁊ tales nos dilexit.

**D**e misericordia eius. **I**dē sup  
cañ. omet. li. xiiij.

Cap. CXLVII.

**Q**uoniam o superbe quā-  
tum vis exaggera merita. sudo-  
res extolle. melior ē misericordia  
n



domini sup vitas. **E**dem in xxij. Non horruisti domine Iesu confitentē latronē. non lachrymantē peccatricē. nō chananā supplicantē. nō reprehensam in adulterio. non sedētē in teloneo. non supplicantem publicanū. nō negantem discipulū. non persecutorē discipulorum nō ipsos crucifixoꝝ tuos: In odore lorum currim? dñe Iesu chris̄te. Ideo. n. adolescentule dilexerunt te. **D**ionysius in epistola ad demophilum. Vere optim? et superoptim? Iesus chris̄tus qui ad esse adduxit oīa. cunctaq; semper fieri vult sibi appropinquātia. et eoꝝ que sunt ipsius iuxta singuloꝝ opportunitatē cōmunicātia. qui et redētibus amabilem se exhibet ac desiderat et contendit. nec indignādo amantes deliciosos ipsos. et inanū accusantes benigne sustinet ipsosq; defendit. et magis curare p̄mittit. Accedētibus quoq; occurrit et obuiat et totus totos amplectēs salutat et in humeros tollit. quos vix ab errore conuertit. nec de potibus illos accusat. sed diem festum agit. et amicos cōuocat. et ut sit omnīū letantiū habitudo optimos quoq; angelos in leticiā suscitāt. Sanct? vir Carp? dicebat se aliquñ cōtristatū a quodā infidelīū q̄ quēdā bonū ab ecclia seduxerat. Cūq; staret ī diuino colloquio. indignatus nō esse iustū dicēs si vīnerent impj̄ subuertentes rectas vias dñi. petijt a deo igne celesti vtrūq; misericorditer consumi. Et vidit subito in visione Iesum humaniformiter in dorso celi ipsi stantib? angelis dicentem sibi: Carpe Carpe. parat? sum p̄ hominibus resaluandis iterum pati. et hoc mihi amabile est. et non peccantibus alijs hominibus crucifigentibus. **E**ffrem in li. de compūctione. Ego domine Iesu chris̄te amator hominum benignissime. legio demonū absq; lachrymis posulauit a te gregem porcorum et ei dediisti. ego autē cum fletu ac gemitu supplico tuę bonitati libera me ab iniquitatibus meis et fac me participem illius latronis

qui paradisi effectus est heres per vnum verbum confessionis. **A**nselmus in prosologion. Domine misericors es fm̄ nos. quia miseros saluas et peccatoribus parcis et non fm̄ te quia non pateris. Non est enim tibi cor miserum ex misericōpassione qd̄ est misericordē esse. Misericors es: nō quia tu sentis affectū s̄ nos effectū. Verum quomodo malis parcis si totus et summe iustus es? Sed cū p̄nis malos iustum est. quia illoꝝ meritis cōuenit. et cum parcis malis iustum ē. qz bonitati tuę condecens est. parcēdo igit malis iustus es. Sic itaq; sine repugnātia et iuste p̄nis et iuste parcis.

**D**e laboribus et patientia eius super Cañ. omel. xj. Cap. CXLVIII.

**M**ultum vero fatigatio nis assūpsit creator in reparatione hominis quo debitorem eum teneret multę dilectionis. eum commoueret qz gratiarū actionis difficultas redemptionis qd̄ minus esse deuotus facilitas conditionis. Igitur o hō memento iam te. et si de nihilo factus. non tñ de nihilo redemptum. Sex diebus condidit deus omnia et te inter omnia. At vero per totos triginta annos operatus est salutem in medio terre. **G**lo. super Johannē ca. iij. Iesus. inquit euāgelista. fatigatus ex itinere. sedit sic super fontem. videlicet quasi releuans lassitudinem. Iter eius est carnis assūptio. in q̄ suscepit oīa que sunt infirmitatis nostre sine peccato. In hoc itinere fatigatio. i. infirmitatum eius hominē releuauit quē potentia creauit. Sessio autem eius humilitas fuit ipsi. **B**ern. in sermone. Quid ergo non suauē tibi cum collegeris amaritudines dei tui et rememoraueris primum quidem illarum infantilium necessitatum. deinde laborum quos pertulit in predicando. fatigationum in discurrendo. lachrymarū in cōpatiēdo.



insidiarū in colloquēdo. periculoz ī fal-  
 lis fratribus. colaphoz. flagelloz. irri-  
 sionū. horūq; similiū. quę in salutem nr̄i  
 generis trigintatrib⁹ ānis opatus ⁊ pas-  
 sus est in medio terre. **Ambrosius**  
**super Beati immaculati.** Redi-  
 me inquit me pater a calūnijs hominū.  
**Est** quidē hūana tēptatio quā ferre pōt  
 hō. **Calūnia** hō eo grauior est. qz nō so-  
 lummodo cōponit falsa. verū etiā deco-  
 lorat quę pie sūt gesta. **Idcirco** dñs quę  
 sunt grauiora suscepit ⁊ calūnijs appeti-  
 tus triūphale silētiū tetulit. **Cypri-**  
**anus in li. de bono patientię.**  
**Patientia** ergo virtus est nobis cōmu-  
 nis cū deo. **Quę** autē est gl̄ia similez deo  
 fieri? **Quāta** fcl̄icitas habere in virtuti-  
 bus q; diuinis possit equari laudibus?  
**Ille** innocens ⁊ iustus. imo innocentia ⁊  
 iusticia inter formosos. ⁊ testimonijs fal-  
 lis veritas p̄mit̄ indicaturus iudicatur  
 ⁊ dei sermo ad victimā tacens ducit̄. **Et**  
 cū ad crucē eius pfundatur sidera. p̄tre-  
 miscat tra. turbēt elemēta. ille nō loquit̄  
 nec mouet̄. nec maiestatem suā pfitetur.  
 sed omnia perseuerāter tolerat. ut in eo  
 plena ⁊ perfecta patiētia cōsūmet̄. **Pa-**  
**tientia** est quę nos deo seruat atq; cōmē-  
 dat. quę irā tēperat. linguā frenat. men-  
 tem gubernat. pacē custodit. disciplinā  
 regit. potentiā diuitū coerct. inopiam  
 pauperum refouet. facit humiles in pro-  
 speris. fortes in aduersis. docet delinquē-  
 tibus cito ignoscere. ⁊ delinquentem diu  
 ⁊ multū rogare. fidei fundamēta munit.  
 incremēta spei prouebit. actū dirigit.

**De gestis eius ī trāsitu. Bern̄.**  
**in sermone. Cap. CXLIX.**

**Q**um autē vnīuersa de-  
 us in mensura numero ⁊ pōde-  
 re fecerit. specialius tamen ea q̄  
 cum hominibus in terris p̄uersatus. ope-  
 ratus. locutus. aut passus est. ita dispo-  
 suit. ut nec minimū quidē momentū nec  
 vnum iota a sacramento vacaret. aut si-

ne mysterio p̄teriret. **Blo. super**  
**epistolam ad hebreos.** Omnis ḡ  
 ch̄risti actio fidelīū est īstitutio. **Ambrosius**  
**super ps. xxxvj.** Deniq; qd factū est in ipso. vita est. Caro facta ī  
 ipso vita est. vulnus factū est ī ipso. vita  
 est. **Illusio** facta ē ī ipso. vita est. **Mors**  
 facta est in ipso. vita est. **Resurrectio** fa-  
 cta est ī ipso. vita ē. **Et sic** p̄ singula cur-  
 rere in promptu est. **Vide** ergo quāta fa-  
 cta sunt in ipso quibus vitę nostre facta  
 est cōuersio. **Si** queris quę vita facta sit  
 in ipso. ecclesia est quę ex eius costa facta  
 est. **In ipso** **Eua** quę perierat est resuscit-  
 tata **Eua** autē vita. **Idem in li.**  
**de infirmitate hominis.** Omnia  
 certe factus est **Christus**. p̄pter te. lapis. p̄-  
 pter te ut edificeris. mōs ut ascenderes ⁊  
 exalteris. **Inclinavit** cēlum ut te vicini-  
 rem faceret. inde assurrexit in verticē mō-  
 tis ut te eleuaret. **Ergo** nō īmerito abys-  
 sus innocat abyssum in voce cataracta-  
 rū tuarū. **Chrysosto. in sermone**  
**de penth.** Manducare voluisti chri-  
 stus factus est tibi cib⁹. **Bibere** voluisti  
 factus est tibi potus. **Qui** māducat in-  
 quit carnē meā ⁊ bibit meū sanguinem  
 habet vitā eternā. **Vestiri** voluisti idu-  
 mentū factus est tibi. **Quotquot** enī ait  
 apl̄us baptizati estis christum induistis  
**Ambulare** voluisti via fact⁹ ē tibi. **Ego**  
 sum inquit via veritas ⁊ vita. **Rubere**  
 voluisti sponsus factus est tibi. **Despon-**  
 di enīz vos ait apl̄us vni viro virginem  
 castam exhibere christo. **Miero. su-**  
**per ps. primum.** Ipse est vir de quo  
 dicit **Ps.** Beatus vir qui non abijt in  
 consilio impioz ꝛc. **Iudei** quidem hūc  
 psalmū existimant esse de **Iosia** dictum  
 quia solus inter p̄phanos reges legē dei  
 secutus non abijt in consilio impiorum.  
**Verz** nec d̄ **Iosia** nec de aliquo sancto-  
 rū accipi potest. q; deus omnia quęcūq;  
 faciet. p̄sperabuntur. ⁊ ideo de saluatore  
 melius legitur. **Blo. super Johā-**  
**nem viij. ca.** Hunc nimirū esse cōstat  
 cuius vox in euangelio sonat. **Qui** misit



me mecum est. et non reliquit me solū. videlicet pater filiū. quia que placita sūt ei facio semp̄. i. salutē. s. humani generis que est utiq; voluntas patris. **Hieronymus super Esaiam xli.** Deniq; iuxta pphetę vocē. in pace transiit ex hoc mūdo ad patrē. Unde et ait discipulis suis: **Pacē relinquo vobis pacē meā do vobis.** Et in pedibus eius semita non apparuit. qz laborē et lassitudinē huius vitę non sensit. Exultavit enī vt gigas ad currendū viam. **Idē sup Ds. lviij.** Deniq; sine iniquitate inquit cucurri et direxi. Ipse nimirū cucurrit et de celo in vterū venit. de vtero in presepe. de presepe in crucē. de cruce in sepulcrū. de sepulcro ad inferos. de inferis autem victor remeavit ad celos.

**De miraculis eius Abrysosto: super Mat. Capitulum CL.**

**U**nter dictum est iam superius: Idcirco nec signum aliquot fecit Iohānes p̄cursor illi. ut ex hoc quoq; multitudinē ei traderet que videlicet ad eū signoz confluere admiracione. **Aug. super Johannem.** Itaq; miracula q̄ fecit ipse dñs Iesus christus sunt quidē opera diuina. et ad intelligendū deū de visibilib; humanā mentē admonētia. **Ma**ius ho miraculū est totius mūdi gubernatio q̄ quinq; miliū hominū de quinq; panib; saturatio. et tñ nemo h̄ mirat. Illud q̄dē mirantur homines nō qz mai. est. sed qz rarum est. **Q**uis etiā nunc vniuersū mūdum pascit vel abbat nisi ille qui de paucis granis segetes creat. Fecit ergo quōd deus. Unde nāq; multiplicat de paucis granis fruges. inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes. potestas erat in manibus eius. **P**anes autē illi quasi semina non quidē terrē mā data. sed ab eo qui fecit terrā multiplicata. **Beda in omel. de quinq; panib;.** Qui

vero huiusmodi signa et miracula domini recte cū legūt accipiūt. non tñ in his q̄ foris stupeant attendūt q̄ q̄ horum exemplo ipsi interi. agere quid in his mysticū pp̄dere debeāt inspiciūt. **Glo. sup Actū ca. x.** Pertransiit in q̄s humilis et impiger. pertrāsuit ut pauper qui nimirū ut hospes in mūdo esset non habens vbi caput suū reclinaret. **P**ertransiit autē bñ faciēdo. i. mores instituendo. ac per signa miraculoz sanando omnes oppressos a diabolo. i. a spiritu maligno vexatiōe corporali quā sepe pmittitur sathanas inferre. **Glo. sup Johannē.** Itaq; cū sanasset ipse dominus Iesus languidū in piscina innuit quia ppter peccata lāguebat. Unde sic illū exteri. sic et intus sanauit atq; ne iterum peccādo grauius puniretur admonuit. **E**cce inquit sanus factus es iā noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. **Hieroni. super Mat. l. j.** In curatione quoq; paralitici fecit carnale ut probaret spūale q̄ q̄ virtutē eiusdem sit. et corporis et anime vitia dimittere. Unde quid est. inquit facilius dicere: dimittantur peccata. an dicere surge et ambula. **U**t autē sciatis qz filius hominis habet ptātem in terra dimittēdi peccata. adolescēs tibi dico surge. **U**bi etiam dat nobis intelligere ppter peccata plerisq; infirmitates corpoz euenire. **E**t idcirco forsitan prius peccata dimittūt. vt causis debilitatis ablatis sanitas restitatur. **Grego. sup extremā partem Ezechiel. omel. j.** Ecce apparet impletū quondā in psona spōse de sponso. per Salomonē inuenitur p̄dictū. **E**n ipse stat post parietem nostrum. **Q**uā quasi post parietē stetit q̄ naturam humanitatis quā assūpsit ostēdit et deitatis naturā hūanis oculis occultaui. **S**ed qm̄ et diuina fecit et hūana pertulit quasi per fenestras ac per cancellos ad hoīes p̄spexit. ut de. ex miracul. apparet et ex passionib; lateret et hō ex passionib; cerneretur. **S**tñ eē vltra homines et



miracul' agnosceret. **B**eda sup **Lu.**  
ij. li. **Q** aut in vrbe miracula faciebat.  
i deserto vero vel in mote ut legit orado  
pernoctabat. vtriusq; vite nobis actine  
scz 7 cōtemplatiue documēta h̄mōstrat  
vt nec contēplationis studio quis proxi  
mōū vitā negligat. nec cura primorum  
immoderatus obligat. p̄templationis  
studia derelinquat. quatinus nec amorē  
dei p̄spediat amor proximi quia tran  
scendit. abijciat amor dei.

**D**e oratione ipsius **Ambro.** su  
per **Lucam** li. v.  
**Cap. CLI.**

**O**rauit autē dñs **Jesus**  
non ppter suffragiū. sed p̄p̄ exē  
plum. Imitādi nāq; speciē de  
dit. non impetrādi ambitum requisit.  
Erat inquit pernoctās in oratione dei.  
Ecce forma describit tibi. quam debeas  
emulari. **Q**uid. n. p tua salute te opor  
tet facere quādo christus p te pernoctat  
in oratione? **Q**uid te facere cōuenit cū vis  
aliqd pietat' officiu' ad ordiri. qñ christ'  
apostolos missurus prius orauit? **H**oc  
etiā est remediū eius qui vitioꝝ tēptamē  
tis exstuat. ut quotiens vitio quolibet  
tangit. toriens ad orationē se subdat.

**B**lo. sup **Mat. xxi. ca.** **I**dē qz  
dñs ad passionē veniēs ingressus hieru  
salem. primo tēplū adiit. dās nobis for  
maz religionis. ut quocūq; imus primo  
domū orationis si ibi est ad eam. 7 per  
orationes deo cōmēdati. sic ad agenda  
negocia secedam? **B**lo. super **Jo  
hannem** ca. vi. **C**eterz post miraculū  
qñq; panū cū cognouisset quia venturi  
essēt ut caperēt eū ac regē facerent. s̄ eo  
nimirū volētes esse sub quo videbantur  
non egere. fugit i mote ipse solus. q post  
modū occurrit crucifixioꝝ. videlicz do  
cēs mūdi prospera fugere 7 cōtra ea ora  
re. **B**lo. sup eplam ad hebre  
os v. ca. **Q**ui tandē vt dicit ap̄lus in  
diebus sug cānis. i. mortalitat' preces 7

supplicationes ad eū obtulit cū clamorē  
valido 7 lachrymis. i. cū intentiōe effica  
cissima 7 fletu. videlicet iminēte passione  
qñ. plixius orauit. **E**t h̄ totū fecit. p nob  
nō p se. qz nō timore mort' necessario sed  
cā salut' nr̄e. **E**xaudit' ē aut ab ipso qui  
poterat eū saluū facere a morte. qz qd q̄si  
uit accepit in resurrectione 7 ascensione.  
**A**ccipit inq; p sua reuerentia. i. religio  
meruit sua. **V**el p̄ces ac supplicationes  
christi dicit ap̄lus actiōem 7 vitā ei'. cu  
ius oīs actio fidelū ē institutio 7 ad deū  
oratio. quicqd. n. egit christ' p̄ces 7 sup  
plicationes fuerūt p hoīb. **C**lamor aut  
validus. fuit effusio sanguinis. in q̄ exau  
ditus ē p reuerētia passionis. **R**eueren  
tia x̄o ei' est q̄ sine pctō. p sola charita  
te passus est. **D**er h̄ igit' ap̄lus illū curā  
habere de nobis assent. 7 excellētiā chari  
tatis ei' ostēdit. **B**lo. sup **Mat.**  
**xxvi. ca.** **O**rauit aut tertio sic dicitur in  
enāgelio. ut nos 7 a p̄terit' peccat' veniā  
7 a p̄ntib' malis tutelā. 7 a futur' pericul'  
cautelā orem'. 7 ut oēm orationē ad pa  
trē 7 filiū 7 spiritū sanctum. s. dirigamus.  
**I**tē sicut trina ē tēptatio cupiditat'. ita  
7 timor'. **E**st. n. cōcupiscētia carnis. p̄cu  
piscētia oculoꝝ. ambitio seculi. **E**st 7 ti  
mor mortis. timor vilitatis. timor do  
loris. **C**ontra q̄ oīa decet oratione nos  
debere muniri. **B**lo. super **Johā  
nem** xvi. **L**icet aut ut h̄o patrē rogauit  
ut ipse dicit. tñ ut dē' cū p̄re exaudit.

**D**e gratiaz actione in **Lazari**  
fuscitatione **B**lo. idem xi. ca.  
**Cap. CLII.**

**I**taq; cum **Lazarum** su  
scitauit. eleuatis oculis sursum  
dixit: **P**ater tibi grās ago. qz  
me audisti. ego aut sciebā qz semp me au  
dis. s̄ ppter populū q̄ circumstat dixi. vt  
credāt qz tu me misisti. **Q**uibo. s. x̄bis si  
cut 7 in opib' ceteris oñdit se gloriā que  
rere dei patris. **Q**ā qz minor erat p̄re h̄m  
hominē. petijt ab eo **Lazari** fuscitatio



nem. Ideoq; se dixit exauditiū. 7 b ppter  
circūstātes. vt vel sic crederēt filium dei.  
**Bern.** in sermone quodam  
Hic autē scien dū q; quattuor orādi mo-  
dos tangit aplūs ad **Limotheū.** Pri-  
mus ē oblectatio. s. eoz q; in pctōz iacē-  
tes ceno spūs veritatē irradiat 7 excitans  
erubescere actimere facit. nō dū tñ resistē-  
di virtutē tribuit. Et q; merito timent p  
seipfos accedere. studēt p alios supplica-  
re. Verbi gratia. Cū dicit aliq;: **Sācte**  
**Petre** ora p nobis. vel cū deo hūili pre-  
ce. **Per** crucē tuā. liba nos dñe. **Secū-**  
**ndus** est oratio. i. oris rō. qñ. s. aliq; iā sibi de  
venia cōsciūs secure accedit. 7 ore suo li-  
bere loquit cū deo suo. **Tertius** est postu-  
latio. cū. s. aliq; postq; cōcepit fiduciaz  
indulgētig. iā velut in gratiā dñi sui rece-  
ptus audet p cōseruis suis q; oportet pe-  
tere. **Ad** quartū hō gradū videlicet grā-  
rū actionem. credo per paucos attingere.  
**Multā** p; sus gratiā apud deū inuenit.  
quē iux pmissionē suā anq; iuocet exau-  
dit. Et spūs quē habet ex deo testimoni-  
um eius spiritui reddit. q; desiderii eius  
exauditiū sit. ita ut certus iā nō orare. sed  
gratias agere possit. **Sic.** n. cū dñs **La-**  
**zarū** resuscitauerit. licet nihil prius expres-  
se orauerit: **Ait** pater. grās ago tibi q; me  
audisti. **Petrus** **Rauen** epūs  
**Ait** vbi cepit fores inferi pullare 7 aīam  
**Laçari** reposcere dicēs: **Laçare** veni fo-  
ras. occurrit ei tota tartarei furoris ptās  
pferens edictū supni regis antiquū de iu-  
re pgnaz. 7 latā tot seculis a deo sniam.  
**Et** vidēs hoīez sciscitabat q; esset. **Cur**  
solus aut sine tremore lacescere tremēdos  
morti accessus aueret. **Cui** rñderūt an-  
geli resurrectionis ministri: **Ipsē** est rex  
glie. forē in plio. **Ad** b tartarū: **Ego** re-  
gē glie scio cūcū celo p̄sidere. cui? nutū  
tota creatura nō pōt sufferre. **Hūc** autē  
hoīem video de freno limo pcretū. 7 mor-  
talē habitū q; hoīb; viliorē. citoq; sepe-  
liedū. 7 meç ditioni subdēdū. **Angelis**  
āt p̄sistētib; ac dicētib;: **Ipsē** ē dñs vtu-  
tū 7 redēptoz oīnz. ipse caput tuū calca-

turus 7 imperium cōtritur. teq; iudicio  
suo pditur. qui reos capere iustus. inno-  
cētes attrahis. sanctos decipis. 7 ipsi fi-  
lio dei cōminaris. **Redde** igit vñū prius  
q; multos exoluere cogaris. **Ad** b tarta-  
rus ista nō credens. p nūcios recurrit ad  
celū h inuidiosa interpellatione deplo-  
rans. **Ego** dñe 7 si creaturę tuę extrem?  
tristiq; hūitio mācipat? pcepta tua suo  
7 puigilo ne snie tuę q; imutet vetustū  
ius: **S; apparuit** hō q; dicit christ? tuū  
se filiū iactās sacerdotes tuos notans. et  
scribas arguēs. **Sabbata** tua violat. et  
legē soluit. tātisq; quotidie ausib; pce-  
dit. vt **Laçaz** iā manentē in iure nostro  
effractis inferi clausit. conet eruere: **Aut**  
cito subueni. aut si semel patefecerit ianu-  
as oēs q; tot seculis hūuim? amittes.  
**Ad** b filius de sinu patris rñdit: **Pater**  
iustū est vt carcer 7 p̄gna teneat nocētes  
7 n̄ inocētes: **Q; diu** aut p̄p̄ **Ade** culpā  
p̄riarchas 7 p̄phas. v̄gines. viduas. ca-  
stos. cōiugatos. 7 etiā paruulos bonū 7  
malū ignorātes. carnifex iste crudelit? ad  
se trahere nō cessat: **Pater** ego moriar  
ne moriatur oēs. ego debitum **Ade** sol-  
uam. 7 ppter sniam tuā sanguinē meum  
fundā. ut ad te tua creatura redeat. 7 p̄-  
ciū chari sanguinis mei redēptio sit mor-  
tuorum. **Ad** hęc tota trinitas **Laçarum**  
p̄cepit exire. 7 tartarus ad reddendū oēs  
pie mortuos christo iustus est obedire.  
**Tunc** **Christus** aduocatione peracta  
clamauit voce magna: **Laçare** veni fo-  
ras. **Vox** **Laçaz** tartarus ad supna re-  
tulit. timēs ne dū tardius vnum referret  
omnes cogeretur afferre. sic factus est re-  
lator viuoz q; raptor esse consuevit mor-  
tuorum.

Explicit secundus liber.